εσεβαλε) Arch. Ald. & Camerar. I & II, εσεβαλε.

πηκτιδων) Ald. & Camer. I & II, *πυκτιδων*.

αυλȣ γυναικηϊȣ τε και ανδρηϊȣ) *και αυλων* Athen. p. 517 & 627, quod & in Priſciano p. 1211; ex Suida ſumtum eſt, quod legitur. Editi ante Weſſeling. *γυναικειȣ τε και ανδρειȣ*, ſed noſtrum iam ionicoτερως iudicavit Galeus, & Weſſeling. ex Suida Herodoto ſuum, hoc eſt Jonicum, reddidit.

αγρων) comma hic exſtat in Ald. & Camerar. I & II.

κατεβαλλεν) *κατεβαλεν* Ald. & Camerar. I & II.

απεσπα Ita Steph. I ora, Remig. Medic. Eton. & Suidas, *κατεσπα* Aldus editique ante Gronov.

ἑϛαναι) Hoc e Medic. & Suida Gronovius recepit, quia perpetuum eſt in Herodoto. Weſſelingius Gronovium, nos Weſſelingium ſequuti. In Aldo, omnibusque editis ante Gronov *ἑϛαμεναι*, quod confirmatur Arch. Pariſ. B. Vindob. Venet. *ἑϛαμενας* Remig. & Pariſ. unus. Nolo diffiteri, Weſſelingius inquit, Aldi totque MSS. *ἑϛαμεναι* me ferme expugnaſſe, ut bonis avibus revocaretur. Scio ſimile infinitum, ut vocant, nunc libris Herodoti negari: at habent eiuscemodi Aretaeus Cappadox, Lucianus atque alii, qui Herodoteam ſive Jonicam dialectum probarunt. Putabimusne, tot exempla caſu in unum conſpirata iviſſe, indoctosque, ut plerique adprime erant, librarios Jonicum iſtud hic depoſuiſſe? Mihi quidem vero non fit ſimile; reliqui tamen ex Mediceo & Suida derivatum, criminationem de mu-

mutandi pruritu veritus Id adiungo, dare Aldum c. 76 ſimilis monetae επειρατο — απιςαμεναι, ubi alii omnes απιςαναι, & Pauſaniam, ut ſaepenumero ſolet, Herodotea haec culto aemulatum fuiſſe in ſimili Spartanorum negotio L. IV, 7. His ſine dubio argumentis perſuaſus Reizius ἐςαμεναι Aldinum reſtituit.

και τον καρπον τον εν τη γη) has voces omittit Arch. Articulum poſt καρπον omittit Ald. Camer. I & II.

διαφθειρειεν) παραφθειρειεν Reiz.

απαλλασσετο) απαλλασσαιτο Arch. & Vindob.

επεδης) ſic cum Suida Weſſel & Reiz. ἐπ' ἰδεης Ald. Camer. I & II, Steph. I & ſeqq. Noſtrum & Aemil. Portus probavit, iure.

ειναι εργον) εργα Arch.

κατεβαλλεν) κατεβαλεν Ald. Camer. I & II.

ὁρμεωμενοι) ſic Ald. & editi ante Gronov. Remig. Vindob bene. Gronovius cum Medic. & ceteris male ὁρμωμενοι.

εσβαλλων) εσβαλων Arch.

ad Cap. XVIII.

εν τε λιμενηιω) ſic recte omnes. Solus Medic. eiusque adorator Gronovius εν τε εν λιμενηιω, pro quo Gronovius large diſputavit, id certe pereruditum dicens, & plane Ἡροδοτειον; non quod vocabulum loci aliud vulgato hinc procudamus, appellemusque Enlimeneium, ſed praeclara praepoſitionis iteratione educenda Herodoturn illuſtremus. Scillicet notavit Camerarius p. 719. praepoſitiones abſolute quaſi adverbialiter ſaepe poni, & in his εν δε. Item Portus notavit, iſtam praepoſitionem ſine ullo

caſu

caſu verbis expreſſo poni, &c. ex cap. 74 εν δε και νυκτομαχιην τινα εποιησαντο, & 185 & 192. Et ſane id quidem eſt perfrequens, prout ab quovis lectore poteſt congeri: facile enim poteſt, & forſa infra occurret quoque nobis dicendum. Sed ut geminari contingat praepoſitionem iſtam, id vero eſt plane ignotum, & tamen firmabimus exemplis. Nunc igitur ſcribendum diſtinctis ſingulis εν τε εν λιμενηïω, ut 2, 176 εν δε και εν Μεμφι τον ὑπτιον κειμενον Κολοσσον, quod exemplum ab nullo annotatur, etſi maxime conſpicuum, ut ſic in vacuum interiiciatur. Itaque ulterius iam progredi oportet, & quod beneficium praebetur ab MS. optimo, ſic denuo reſtituimus Herodotum ex eo in huius libri c. 67. εγω γαρ εν τηδε θελων εν τη αυλη φρεαρ ποιησασθαι, ubi poſterius εν vulgo abeſt. Ut egregie ſuſpenſa oratio mox demum nanciſcatur plenitudinem, non tam in ſententia, quam elegantia prorſus Herodotea, quae cauſa eſt, ut cogar ſuſpicari, id genus loquendi corruptum eſſe in lib. 3. c. 38. πολλοισι τε και αλλοισι τεκμηριοισι παρεστι σταθμωσασθαι, εν δε δη και τοδε. Sic vulgo editur, neque ex aliis exemplaribus quidquam notavi, quum tamen prorſus videatur ſcripſiſſe, εν δε δη και εν τωδε. Atque ita repurgavi manum Herodoti, & exemplari Mediceo ob fidem laudes grateſque egi. Sed an hoc ſolum eſt fulcrum, cui innixus ita de ſcriptoris huius ſtilo arbitror? Poterat certe id ſolum ſatisfacere, cum ſimilia ſpecimina immenſum illi robur addant. Sed veritas ex puteo protrahenda eſt. Quid igitur volo?

Nem-

Nempe h. l. citavit etiam Suidas in v. *Τρωματα*, idque ſcivit Küſterus; ſed multum abeſt, ut paſſim ille ſolet, ab veritate: ne quidem ex MSS. Pariſienſibus quicquam adfert. Scias igitur oportet in MS. Lugdunenſi absque ulla litura iſtic exhiberi *εν τοισι τρωματα μεγαλα διφασια Μιλησιων εγενετο* (non *εγενοντο*) *εντε εν λιμενηϊω.* Quod iam caſtellum poteſt munitius exſtrui, quam eſt hic conſenſus? Ita ergo habe. Ceterum quod ad bonum Suidam attinet, oportet noſſe hunc ipſum locum iam antea ab eo fuiſſe adhibitum in voce *Γυγης*, ubi hanc reſtitutionem ex iſto MS. commendare non poſſum, quia quicquid in iſto articulo legitur poſt verba *προσπταισας μεγαλως* non exſtat in MS. Lugdunenſi, & neſcio a qua mala fida manu adiectum eſſe patet inde, quia id non pertinet ad Gygen. Niſi fallor, ſic iam ſecurus eſſe potes. — Haec Gronovius ad defendendam Mediceam lectionem, & ſpeciminis loco quomodo is ſolet diſputare integra eius verba hic inſeruimus. Copioſe aeque ac doctiſſime Horreus Obſerv. ad Herod. c. 4. p. 20-27. Gronovium refellit, &, uti Weſſelingius monuit, eum locis haud profecto adſimilibus, ad ſtabiliendam ſuam de Medicea lectione ſententiam, uſum eſſe, bene demonſtravit. Differunt enim, Weſſeling. obſervat, uſu ſermonis *εν δε* & *εν τε* illud abſolute, & ſine caſu locari ſolet, non item hoc Noſter lib. 3. 38 *πολλοισι τε και αλλοισι τεκμηριοισι παρεστι σταθμωσασθαι, εν δε δη και τωδε*, inculcatur his & iteratur ex coniectura praepoſitio: at ipſe Herodotus c. 15 eiusdem libri:

libri: *πολλοισι μεν νυν και αλλοισι εςι ςαθμωσασθαι — εν δε δη και τοδε.* quibus ſi odioſam vocem inſerueris, debilitatur loquendi bellum genus. Tale, ut uno utar, Lib. 7. 214. *τυτο μεν γαρ τωδε χρη ςαθμωσασθαι.* Sic enim legi oportuerat ex ſcriptis. Itaque niſi librarii culpa in Florentinis membranis repetita ſit praepoſitio, quod ſuſpicari licet, refingi poſſet, *ἔν τε εν λιμενηϊω — και εν*, aut *ἔν εν Μαιανδρυ πεδιω*, quod Latina Vallae exprimunt: quae doctiſſimorum virorum J. J. Reiskii & P. Horrei, quamquam in ea non conſtantis, opinio. Mihi tutius viſum codicibus adhaereſcere. — Sic Weſſeling. cui accedere nulli dubitamus.

των ἐνδεκα) Ald. & Camer. I & II comma habent poſt hanc vocem.

Σαδυαττης — συναψας) ſine parentheſi Ald. & Camer. I & II. *Σαδυαττης ἐτος γαρ.* Sic Medic. & Venet. probantibus Gronovio, Weſſeling. & Reiz. *γαρ ἐτος* cum Aldo ceteri, ſed in Arch. *γαρ* deſit.

τοισιν ἐξ) *τοισι εξ* Ald. Camer. I & II, quae & comma poſt has voces habent, & punctum poſt *επολεμεε.*

ὡς και — δεδηλωται) ſine parentheſi Ald. Camer. I & II.

ωδαμοι) *ωδαμη* Arch.

συνεπελαφρυνον) *συναπελαφρυνον* Ald. Camerar. I & II, Pariſ. C.

δε το ὁμοιον) *δε και το ὁμοιον* Arch. Vindob.

ανταποδιδοντες) comma habet Ald. Camer. I & II.

συνδιηνεικαν) *συνδιενειμαν* Vindob.

ad

ad Cap. XIX.

ετεϊ) Ald. Camer. I & II comma hic ponunt.

συνηνειχθη) συνειχθη Vindob. συνηχθη Arch.

Ασσησιης) Ασισιης Ald. Camer. I & II, Polyaen. lib. 6. c. 47, ubi tamen optimo iure docti viri Minervae titulum reſtituerunt. Ασσισιης Steph. I. Ceteri a Steph. II rectius Ασσησιης.

πεμψαντα) ſic Medic non ſine correctione, uti Gronov. in lib. 4. c. 81. p. 930 adnotavit, manifeſte praeclarus noſter codex πεμψαντα, inquit; ſed ita ut poſt ſecunda manus acceſſerit, & in medio verſuum ſpacio literas τι ſuperpoſuerit, ſatis naſute. Cum Medic. conſentiunt Remig. & Pariſ. A. Alii cum Aldo πεμψαντι.

Δελφοις) Ald. Camer. I & II comma hic ponunt.

ανορθωσωσι) ſic Medic. Remig. Pariſ. A. recte. ανορθωσουσι Aldus & alii, editique ante Gronov. habent & comma poſt τον Ald. Camerar. I & II.

ad Cap. XX.

τουτοισι) punctum hic in Ald. Cam. I & II.

τον Κυψελου) τον του Κυψελου Arch male.

πυθομενόν) πευθομενον Venet.

κατειπειν) abeſt comma in Ald. Camer. I & II.

το παρεον) ſic recte Medic. & Remig. Herodotum ſic loqui ſolere docuit Gronov. e c. 156. 33, 77. 24, 153. Plura habet Portus, vulgo cum Aldo παρον.

ad

ad Cap. XXI.

κηρυκα) ſic Medic. nec ſine correctione, alia enim manus ſuperpoſuit *ς*, unde Singularem retinuit Gronovius, qui & Weſſelingio & Reizio placuit. Jo. Friederichus edidit quoque *κηρυκα*, ceteri cum Aldo omnes *κηρυκας*.

ὁ μεν δη αποςολος ες την Μιλητον ην) Corruptum hunc locum ſuſpicatus eſt Valkenarius, & corrigendum vel *ες την Μιλητον ηϊε* Miletum abiit, vel *ες την Μιλητον παρην* venerat Miletum. In motu enim ſignificando, monet vir doctiſſimus, *παρειμι* quidem adhibetur aliquoties, ſed, quantum commemini, non item *ειμι*. Hac quoque ſtructura frequentatur *ηιε* Herodoto: p. 47, 26. *ηιε ες πολιν*· p. 85, 22. *ηϊε ες Περσας*· p. 304, 25. *ηϊε ες τα οικια*· p. 297, 22. *απηϊε ες Μιλητον*· & *παρην* ſic uſurpavit Herodotus lib. 6. c. 24. *εκ δε ταυτης παρην ες την Ασιην* advenerat in Aſiam lib. I c. 9. *παρεςαι — ες κοιτωνα* Thucyd. 6. c. 62. c. 88, 58 *παρησαν ες την Λακεδαιμονα*. Thucyd. 7. c. 50 init. *παρησαν ες τας Συρακουσας*. In Xenoph. Κυρ8 Αναβ. 1. p. 145, 28. Pariſini cod. eſt lectio: *παρησαν εις Σαρδεις*, qua ratione legitur in eiusdem Ἑλλην. III. p. 294, 38. *παρειναι ες Ἁλιαρτον*, & VII. p. 373 21. Elegans haec Valken coniectura non diſplicet Weſſelingio. Vide tamen, addit, etſi nonnihil diverſum, hoc de Philippide lib. 6, 106. *δευτεραιος εκ τ8 Αθηναιων αςεος ην εν Σπαρτη*· ſecundo die, poſtquam Athenis exierat, Spartam pervenit. tum de Ariſtagoro lib. 5. 38. *δευτερα αυτος ες Λακεδαιμονα τριηρεϊ αποςολος εγινετο*, quo quidem loco navigando eum Lacedae-

daemonem delatum, docemur: de Alyattae nuncio eiusque itinere maritimo, quod Gronovius opinatus fuit, nihil hic ſimile. Scio τον ἀπόςολον de claſſe, το ἀποςολον de navi poni, idque alibi oportunum videi Confer elegantes Ruhnkenii adnotationes in Timaei Lexic. p. 31. — Nos vix dubitaremus cum Valkenario ην corrigere.

προπεπυσμενος) Medic. ex quo a Gronovio receptum eſt, ora Steph. I & ſeqq. & Pariſini duo. προπεπευσμενος Ald. & plerique omnes, Camer. I & II, Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale.

εἰδως τα) comma hic habent Aldina, Camer. I & II.

μελλοι) ſic Medic. Arch. Pariſ. A. μελλει Aldus & editi omnes ante Gronov. qui e Medic. noſtrum reſtituit.

τοιαδε) Aldus & editi ante Gronov. τοιονδε, qui noſtrum e Mediceo recepit, quod & in Steph. I margine, Remig. & Pariſinis duobus legitur.

ἑωυτꙋ) comma hic in Ald. Camer. I & II,

παντα συγκομισας) ita Medic. Remig. Steph. I & ſeqq. ora Pariſ. A. B. ἁπαντα συναγαγων Ald. & editi omnes ante Gronov.

παντας) comma habet Ald. Camer. I & II.

χρεεσθαι) Remig. & margo Steph. I & ſeqq. vulgo cum Aldo χρῆσθαι, quod & Gronovius retinuit, ſed iure libros ſequutus Weſſeling. Jonicum amplexus eſt. Noſter enim, addit, lib. 1. 187 τῃσι πυλῃσι ταυτῃσι μηδεν χρεεσθαι. Euſebius Philoſophus in Stobaei Serm. XVI. p.

154. υιος τε εων αυτοις χρεεσθαι. Eſſe in Plutarcho εχρεωντο κωμοις και παννυχισι T. 2. p. 77. E. vere adſcripſit Berglerus. Non addo, neque enim obſcurum eſt, de Biante & Prieneis paria ferme a Diogene Laërtio tradi lib. 1. 83.

ad Cap. XXII.

εποιεε τε και) voculas τε και commate ſeiungunt Ald. Camer. I & II.

εἵνεκεν) Ald. & editi ante Gronov. εἵνεκα. Quod editum eſt debetur Medic. & orae Steph. I.

ὁ Σαρδιηνος) ex Medic. Remig. & Steph I ora, Pariſ. A. B. vid. c. 79 & 83 huius libri, & Inſcript. Rich. Pococke p. 85. 5. Σαρδηïος cum Aldo editi ante Gronov. abſente commate in Ald. & Camer. I & II. Σαρδυïος Arch.

τα δη) commate ſeparantur in Ald. & Camer. I & II.

ειπας) ſic Medic. Pariſ. duo, Steph. II margo. ειπων Ald. Camer. I & II, Steph. I & textus II & ſeqq. ante Gronov. ειασπων utroque coniuncto, Vindob.

απηλθεν) ὑπηλθεν Vindob. & Venet.

ὡς εγω πυνθανομαι, δι' ουδεν αλλο &c.) Luxata haec & egregie prava doctiſſimo Reiskio, in cuius ad Weſſelingium litteris ουδεν μαλλον εγενετο ἡ διαλλαγη. Namque Herodotum velle, tunc temporis quidem & protinus pacem inter Alyatten & Mileſios haud coiiſſe; nihilo tamen magis animorum reconciliationem deinde contigiſſe. Contra ea Abreſchio Dilucid. Thucyd. p. 672 copula deficere videtur, και ὡς πυνθανομαι, ut in Vallae Latinis, aut ὡς τε εγω πυνθανομαι.

νομαι. Sic certe mollius oratio labetur, addit Weſſelingius, niſi tu malueris maiore inciſo ab anterioribus haec avellere. Nos ſine omni dubitatione voculam τε a librario erranti omiſſam, infereremus.

ελπιζων γαρ) Citat haec Priſcian. lib. 18. p. 1179.

τετρυσθαι) τετρησθαι Vindob. Arch. Ald. Camer. I & II.

λογους) comma habent Ald. Camer. I & II.

σφι) σφιν Vind. Arch.

ειναι και) commate ſeparantur in Ald. & Camerar. I & II, quae & poſt Ασσησω colon habent.

και τα μεν κατα τον) κατα μεν τον προς Arch.

Αλυαττη) Αλυαττης Arch. quod nequam prorſus.

ad Cap. XXIII.

ὁμολογεουσι — Λεσβιοι) ſine parentheſi Ald. Camer. I & II, quae & comma poſt Ταιναρον & διθυραμβον omittunt.

ανθρωπων των ημεις) commatibus hae voces ſeparantur in Ald. & Camer. I & II, ſicuti & ſequentes τε και & ονομασαντα και.

ad Cap. XXIV.

λεγουσι) abeſt comma in Ald. & Camerar. I & II.

παρα) συν Arch.

τε και) commate ſeiunguntur in Ald. & Camer. I & II, quae & poſt απικεσθαι comma, puncti loco, poſuerunt.

επιβυλευειν τον Αριωνα) in Ald. & Camer. I & II, comma poſt *επιβυλευειν* omiſſum, & poſt *Αριωνα* poſitum, male, in iisdem & *εκβαλοντας εχειν* commate non ſeparantur.

τον δε, συνεντα) Nihil novant codd. obſervat Weſſeling. Alibi *συνιεντα* VI, 2. *συνιεισα* I, 205 ex Medic. *συνιεις* V. 92, 7 & *συνιεναι* V. 80 e Florent. At *συνεντες* V. 92, 3 & *συνεις* eiusd. L. cap. 19, quamquam ibi MSS. *συνιεις*. Par diſcordia apud alios. Equidem *συνιεντα* melius opinor. Vide Jo. Daviſium ad Juſtini Mart. Apol. 1. p. 441.

τυτοισι) *τουτοισιν* Arch. cui ſollemne hoc in genere *ν* finale comma, coli loco, in Ald. & Camer. I & II.

μιν ὡς αι) comma poſt *μιν* abeſt in Ald. & Camer. I & II.

ταφης) *ταφεις* Vindob.

απειληθεντα) *απειληφθεντα* Arch. male.

δοκεοι) comma abeſt apud Ald. & Camer. I & II, & poſt *αυτον* poſitum.

ἑδωλιοισι) *ἑδωλοισι* Medic. approbante Gronovio, in ceteris omnibus *ἑδωλιοισι*, etiam Suida ex hoc loco: nec aliter mox. Harpocrat. ex Herod. lib. 1 *ἑδωλιαι*, in *ἑδωλιασαι*. Animi pendet Weſſeling. Herodotuſne *ἑδωλοισι* an *ἑδωλιοισι* dederit, ut Aeſchyl. VII contra Theb. v. 461. Choëph. v. 69, tum Eurip. Helen v 1587. Sophocl. Ajac. v. 1295, atque alii de hac officina; quorum quidem auctoritate ſcriptorumque numero librorum ſtandum ſi fuerit, id profecto maluit: nam ſingulare quiddam atque exquiſitius in altero ſpectaſſe, unde noverimus? Favet *ἑδωλοισι*, neque diffiteor, Lexicon Herodote-

doteum. At Suidas, eodem uſus, transſcripſit enim paene univerſum. *ἐδωλιοισι*, neque diſſentit Heſychius. Sic Weſſeling Gronovius, Medicei codicis adorator, huius lectionem acerrime defendit, ſic, inquit, quum duobus plane locis exſtaret in optima membrana pro vulgatis *ἐδωλιοισι*, quae penitus nota fuerunt Suidae, Stephano & Scheffero citanti lib. I. Mil. Nav. c. 41 nequivi id pro nihilo praetermittere vel propter ſinceritatem eius ubique ſervatam. Jam vero cum ſic viderem quoque teſtari viros doctos legi p 745 in Goldaſti Lexico vocum Herodotearum, *ἐδωλοισι, ὑποςρωμασι νηος*, ubi bonus Jungermannus (cuius marginalem notam praetermiſit Th Gale) eam vocem vult fieri quinqueſyllabicam, omnino pro vera lectione habendam decrevi, cum Herodotus pluribus in locis abeat ab eo, quod vulgo terebatur, utque idem nunc contigerit, quod optimus codex teſtatur factum 2. 77 in his *μικρα των ορνιθιων*. Et porro huic opinioni teſtimonium praebetur vel ab voce *ανακτορον*, ut 9, 64 habet MS pro *ανακτοριον*, vel ab voce *επωνυμιον*, quod occurret 2. 112, vel *επιδημιοι* 2 39. Quid ſi & *ανολβον* adiective dixerit, prout bis notavi in MS. legi cap. 32? Sic *εναλος εναλιος* notatum Scaligero Anim. 84. Sic tum *επιθανατος*, tum *επιθανατιος*. Accedit, quod in talibus vocabulis Herodotus habuerit ſuum aliquid peculiare, quod produco c. 193 in voce vulgari etiam *κηλωνιοισι*. — Nos cum Reizio, editis omnibus conſentientibus *ἐδωλιοισι* praetulimus.

τον δε ενδυντα) Ald. Camer. I & II poſt *τον δε* comma habent.

 τον

εδωλιοισι) *ἑδωλοισι* Medic. uti ſupra, in ceteris noſtrum exſtat.

τον ορθιον) *τον ορθριον* Arch. Vindob.

ὡς ειχε) abeſt comma in Ald. Camerar. I & II.

τυς μεν) comma hic habent Ald. Camer. I & II.

ες Κορινθον) ſic Medic. e quo Gronov. iure recepit. *ες την Κορ.* alii omnes cum Aldo. Voculam *την* ab male otioſa manu profectam iudicavit Gronovius.

ὑπολαβοντα) comma poſt hanc vocem inſerit Ald. Camer. I & II.

επι Ταναρον ſic e Medic. Gronov. Aldus cum ceteris *ες Ταναρον.*

αυτον) comma hic habet Ald. Camer. I & II & punctum poſt *σκευη*, quod & Weſſel habet. Nos Reizii ſequuti ſupius interpunctiones.

απικομενον) comma hic Ald. & Camer. I & II habent, item poſt ſequens *απιςιης*, quod tamen poſt *εχειν* abeſt.

μετιεντα) *μετιοντα* Venet.

ανακως) citat Suidas in eo vocabulo.

ὡς δε αρα παρειναι) Vir doctiſſimus *ὡς δε ὡρα*, quum autem videret, aut *ὡς δε ευρε*, quum autem comperiſſet, offenſus fortaſſe infinitivo, quo capitur delectaturque Herodotus, Sic. III, 139 *ὡς δ' αρα οιχεσθαι τον Αιθιοπα εξ Αιγυπτυ*, ut Aethiops ex Aegypto abiit, & VIII, 94 *ὡς δε αρα φευγοντας γινεσθαι κατα το ἱρον.* Mitto lib. I. 86. *Weſſeling.*

αυτυς, κληθεντας) Nos Reizii interpunctionem ſequuti, Weſſelingius Aldinam, ubi comma poſt *αυτυς* abeſt, & poſt *κληθεντας* poſitum

iſo-

ἱϛορεεσθαι) ἱϛορεειν frequentanti Herodoto nuſpiam alibi fuit adhibitum ἱϛορεεσθαι· fortaſſe ne hic quidem, ubi, ſi quis codex antiquus faveret coniecturae, praeoptarem ειρωτεεσθαι. verbum certe Herodoteum, obvium lib. 6. c. 3 & lib. 2. c. 32. ειρωτεωμενους, ει τι εχουσι πλεον λεγειν περι των ερημων της Λιβυης, φαναι —· qua ſtructura hoc in loco poſuiſſet: ὡς δε αρα παρειναι, αυτους κληθεντας ειρωτεεσθαι, ει τι λεγοιεν περι Αριονος. Gellio, ſcribenti XVI. c 19 navitas requiſitos — diſſimulanter interrogaſſe, ecquid audiſſent — ſuper Arione, verbum ειρωνευεσθαι videri poſſet obverſatum; niſi ſua quaedam reliquis etiam Herodoteis immiſcuiſſet: nihil iuvat, ubi hac etiam in hiſtoria Herodoti veſtigia premit, Dion. Chryſ. Orat. XXXVII. p. 455 C. Sed Gellii paraphraſin felicior forte coniector utiliter comparabit ad iſta, quae ſupra leguntur V. 22. και τοισι εσελθειν γαρ ἡδονην, vitii ſuſpecta Ti. Hemſterhuſio ad Lucian. p. 432. *Valken.*

περι Ιταλιην) περι την Ιταλιην cum Aldo plerique omnes, noſtrum e Mediceo Gronovius edidit.

πρησσοντα) πρησσοντα Arch. πρησαντα Vind. utrumque male.

Αριονα) comma abeſt in Ald. & Camerar. I & II.

και τους) comma hic in Ald. & reliquis ante Reiz.

ου μεγα) Deſit ου. Vall. Remig. Arch. & Vind. ſine cauſa. Dio Chryſoſt. Or. 37. p. 455 negationem agnoſcit.

ad Cap. XXV.

ἑπτα και) commate ſeparantur in Ald. & Camer. I & II.

νησον) abeſt comma, item poſt ſequens ταυτης in Ald. & Camer. I & II.

Δελφους) comma habet Ald. Camer. I & II, item poſt αξιον, & αναθηματων.

θεης αξιον) laudat & explicat Euſtath. in Homer. p. 626, 52.

ad Cap. XXVI.

εξεδεξατο) διεδεξατο Ammon. in Τυραννος.

εων) ων Venet. Arch.

πεντε και) commate ſeparant Ald. Camerar. I & II.

της τε παλαιης) ſic Medic. e quo Gronovius edidit. Aldus & reliqui ante Gronov. τε ignorant, male παλαιας Venet. Arch prave.

επτα ςαδιοι) T. Fabri coniecturam in Epiſt. erit p. 105. Jac Gronovius valere iuſſit, επταςαδιον, ut oratio conſtet, refingens: ſtabit eadem, ſi ἑπτα ςαδια cum St. Berglero malueris, neque incondita erit, ſi εισι δε reperiatur. Noſter VI. 36 εισι δε ουτοι ςαδιοι ἑξ τε και τριηκοντα του ισθμου. Tum de ipſo hoc templi ab Epheſo intervallo, Xenoph. Epheſ. I. p. 2. απο της πολεως επι το ἱερον ςαδιοι δε εισιν ἑπτα. Itaque optio eſt. *Weſſeling*

των μεν) commate ſeparant Ald. Camerar. I & II.

επαιτιωμενος) colon hic in Ald. & Camerar. I & II.

αυτεων) comma habet Ald. Camer. I & II.

αυτων

αυτων Medic. & Gronovius ex eo, & Arch αυτεων, ut ſolent Jones, Ald. & qui hunc ſequi ſolent Camer. I & II, cum Steph. I & ſeqq. item Vindob. Remig. Venet. Jure igitur ſuum Herodoto reddidit Weſſelingius, cui nobilitas Mediceatum membranarum in his non arridet.

ad Cap. XXVII.

εοντων) ῥεοντων in Arch. male.

οἱ μεν) comma in Ald. & Camer. I & II.

ες Σαρδις) ες Κροισον Ald. Camer. I & II, Steph. I ora Steph. II, cuius ut & ſequentium librorum textus cum noſtro conſentit.

οἱ δε) comma in Ald. Camer. I & II; & colon poſt Μιτυληναιον.

ειρομενε Κροισε) ſic Medic. Remig. Venet. reliqui cum Aldo ειρομενε δε Κροισε, ſed Gronovius iure monuit, voculam δε eiici, orationemque connexam legi debere.

ταδε, καταπαυσαι) commate non ſeparantur in Ald. & Camer. I & II.

τε και) commate ſeparantur in Ald. Camerar. I & II, quod abeſt poſt ſequens Κροισον δε, & poſt νησιωτησι.

ἱππευομενες) ἱππεδυομενες Remig.

εικοτα) Ald. & editi ante Gronov. Pariſ. C. Venet. Arch. Vindob. Remig. εοικοτα Medic. & ex hoc Gronovius, qui hoc Herodoto negari non poſſe putat. Sed recte monuit Weſſelingius, hoc melius non eſſe, & Herodotum οικοτα ſcripſiſſe ſuſpicatus eſt, quod in textum Reizius optimo iure recepit, confirmatur enim, teſte Larcherio, codicibus Pariſinis A, B, & D.

Reiskius ante haec exiſtimat deeſſe, *ινα ϱαδιως υπαγαγη αυτες*, modo tamen certum ſit, Herodotum Iſocrateo more cola ſibi aequalia & reſpondentia voluiſſe fingere, quod Weſſeling. certum eſſe minime ſibi perſuadet.

αϱωμενοι) Ex Aldo, Etonenſi, Medic. Arch. Vindob. Venet. Pariſin. duobus & ora Steph I. *αϱασϑαι* in Remig. & Pariſ. A. & Steph. I textu. Sed Larcherius in Pariſinis tribus *αϱαϑαι* exſtare teſtatur, quod Weſſelingio repugnat, quam litem absque codicum ipſorum inſpectione dirimere non poſſumus. Quod Stephanus vulgavit *λαβειν αϱαϑαι Λυδες*, id Codd. auctoritatem ſequutus fecit: tueri quoque factum poſſe putat Weſſeling, quod *αϱωμενοι* lenem orationem nonnihil turbet. Quare tollendum *αϱαϑαι* Corn. de Pauw decrevit. Reiskius revocandum cenſuit, aut in *αϱαμεναι*, quod ora Galei habet, & quod Jonum ore idem eſt, vertendum. Sed conſenſui tot MSS. non obnitendum cenſuit Weſſelingius, & ad Gronovium ablegat, qui vocem mediam per conſpicuam nimietatem ſupervacuam iudicat. Hinc ille, inquit, iactatur, & in formam diverſam collata, utique ab editionibus Stephani, nempe in *αϱαϑαι*: prout hic infinitivus ſane ex vulgata conſtructione convenit antecedentibus *τι δοκεεις ευχεϑαι αλλο η αϱαϑαι*. Sed contra MSS. haec lucta eſt, & idcirco audax, unde Stephanus etſi praeponens infinitivum, penitus tamen ſpernere non auſus participium, in margine ſignavit, quod plane legitur in optimo libro, ſervatumque fuit Aldo & Camerario. Et utique par-

participiorum uſurpationis, quam Herod. in deliciis habet, vix commodam alius ediderit rationem, ut illa ponat nullo innixa verbo. Vel unum vide ex II, 127 de Chephrene: Νησον περιρρεειν, εν τη αυτον λεγουσι κεισθαι Χεοπα. ὑποδειμας δὲ τον πρωτον δομον λιθου Αιθιοπικου ποικιλου τεσσερακοντα ποδας, ὑποβασιν της ἑτερης τωυτο μεγαθος, εχομενην της μεγαλης οικοδομησε, ἑστασι δε επι λοφου &c. quae poſteriora nihil pertinent ad participia praemiſſa. Et hic tamen anteceſſit επυθοντο. — Haec Gronovius. Toup in Ep. Critica ad Guilielm. Epiſc. Gloceſtr. p. 79 & 80 (p. 64, 65 Edit. Lipſ. Opuſc. Crit. P. II) coniecit legendum αιωρεομενους, ut ſit antitheſis elegantiſſima in ἱππευομενους & αιωρεομενους, Inſulanos in continente — Lydos in mari equitantes. Nihil verius, inquit, aut feſtivius. Verbum autem αιωρειν in hoc negotio uſitatiſſimum eſt. Eurip. in Cycl. 696 πολυν θαλασση χρονον εναιωρουμενον. Plat. in Alcib. cap. 28. Vol. 2. p. 59 και μετα μικρον ὁ τε ζοφος διελυθη, και κατωφθησαν αἱ των Πελοποννησιων νηες αιωρουμεναι προ του λιμενος των Κυζικηνων. Heſych. Περιωραχθη. ἡ μεταφορα απο των πλοιων. εκεινα γαρ εν τη πρωρα τον φορτον φερει, και επαιωρουμενα εγκαθεζεται τη θαλασση. Non negamus cum Larcherio Toupii hanc coniecturam valde probabilem eſſe, ſed ipſi quoque in hoc aſſentimus, Herodotum, quod ſupra iam e Weſſelingio attulimus, Iſocrateo more atque cura periodos ſuas non compoſuiſſe. Larcherius cum Pavone tollendum putat αρασθαι, quod e margine, ubi a librario, cui λαβειν nimis longe ab ευχεσθαι remotum

tum videbatur, adſcriptum fuerat, explicandi cauſa, in contextum irrepſerit. Sed usque dum vel Toupii vel Pavonis coniectura codicum auctoritate confirmetur, cum Weſſelingio & Reizio codd. lectionem retinere tutius duximus.

Ἑλληνων) comma habent Ald. Camer. I & II hic & poſt ſequens τους, punctum autem poſt εχεις.

προσφυεως — λεγειν) ſine parentheſi in Ald. Camer. I & II.

πειθομενον) πιθομενον Ald. Camer. I & II abſente commate.

ad Cap. XXVIII.

επιγινομενου) επιγιγνομενου Arch.

οικημενων) comma in Ald. Camer. I & II, item poſt Κιλικων.

ὑπ' ἑωυτω) Ex Medic. ceteri ὑπο cum Aldo.

[Λυδοι] Uncinis incluſi cum Reizio, quippe manifeſte ſpurios h. l. Lydos. Lydorum minime opportunam hic poni mentionem, obſervavit iam Weſſelingius, ſiquidem eos non domuit Croeſus, ſed a maioribus accepit, imperio ſubditos: reliquas nationes Lydis rex addidit, προσεπικτωμενου Κροισου Λυδοισι, uti ſequitur. Vidit & hoc Corn. de Pauw. Larcherius Lydos hic deleri nolit, quia Lydia temporibus antiquioribus a Maeonia ſeparatur, & Philoſtratus in vita Apollonii Tyan. lib. 3. cap. 5. p. 98 & in vitis Sophiſt. lib. 1. cap. 21. §. 5. p. 518. Maeonios & Lydos diſtinguit. Lydiae partem ſuperiorem, inquit, Maeoniam appellatam, in

qua

qua Tmolus mons & Sardium urbs ſita fuere. Sic eam ab Homero Iliad. B. 866, & Dionyſ. Perieg. 830 dici, & Pactolum a Callimacho Hymn. in Delum 250. Maeonium appellari, quia fons eius a Tmolo exiit. Pars inferior, quae proprie Lydia dicebatur, ad mare usque porrecta, Epheſum, Colophonem, Lebedum, Teos, Clazomenas, & Phocaeam continebat (Herod. lib. I. c 142) nam Jonia pars quoque Lydiae fuit. Croeſum igitur putat, partem illam ſuperiorem ſive Maeoniam a maioribus accepiſſe, cum inferioris parte, cuius reliquam eamque maximam partem imperio ſuo ſubiecit; dum igitur Herodotus inter populos a Croeſo ſubactos Lydos quoque numeravit, in eo accuratiſſimam eius ſubtilitatem agnoſcit. Sed Larcherio, propter ipſa Herodoti verba προσεπικτωμενε Κροισε Λυδοισι, ex quibus Croeſum Lydos non ſubegiſſe, ſed horum regem iam fuiſſe apparet, adſentire non poſſumus, & Lydos h. l. delendos cum Reizio ſtatuimus. Omnes hi populi in Aldina & Camer. I colis diſtinguuntur.

Μαριανδυνοι) Μαρυανδυνοι Arch. Μαριανδαν-δυνοι Vind. Μαριανδηνοι Ald. & Camer I. Quae ſequuntur, exſcripſit Euſtathius in Dionyſ. Perieg. 322.

οἱ Θυνοί) Οθυνοι Arch. Ιθυνοι Remig. Οιθυνοι Ald. Camer. I & II, quae & τε και commate ſeparant.

ad Cap. XXIX.

αλλοι τε οἱ παντες) Valkenarius legendum con-

coniecit *αλλοι τε επιφανεες εκ της Ἑλλαδος σοφισαι*. Cur, obſecro, inquit, *οἱ παντες σοφισαι*; aptius equidem hac in ſede iudicarem *επιφανεες*. Sed membranae coniecturae robur negant, monente Weſſelingio, & videtur Herodotus illos, qui uno tempore & habiti & vocati ſapientes ſunt, innuere. Poſt *πλετω* comma habet Ald. & Camer. I & II, quod abeſt poſt *εοντες*.

αυτεων) ſic omnes, *αυτων* Medic. quod Gronov. male recepit.

Σολων) comma hic ponit Ald. & Camerar. I & II.

ἱνα δη μη τινα) ſic Medic. ex quo Gronov. opinans, longe ſuaviorem accidere unicuique ſeriem vocum ita ex MS. digeſtam, recepit; ceteri plerique cum Aldo *ἱνα μη δη τινα*, levi diſcrimine.

λυσαι των εθετο) in Ald. & Camer. I & II commatibus hae voces ſeparantur, in iisdem & comma poſt *αθηναιοι*, item poſt *νομοισι* & *τες* invenitur.

σοφισι) omnes ferme cum Aldo. *σοφι* Medic. quod Gronovius pluribus e Mediceo deſumtis exemplis defendit. Sed mutatione non opus.

ad Cap. XXX.

αυτων δη ων τετων) Ita Medic. Remig. Vindob. Arch. Pariſ. Ven. ora Steph. I. *αυτε δη ων τετε* vulgo cum Aldo. Illud iure praetulit Gronov. conſentientibus omnibus MSS.

ἑινεκεν) iidem, in Aldo & paucis *ἑινεκα* prave.

Αμαι-

Αμασιν) Αμασι vitio operarum Ald. quod correxit Camer. I. Αμασιν habens.

ὑπο τȣ Κροισȣ) Articulus deſit Arch.

ἡμερη τριτη η τεταρτη) ἡμερην τριτην η τεταρτην Arch. probante Galeo, ſine cauſa. μετα δε ponitur abſolute, ut paſſim.

επεδεικνυσαν) ſic cum Medic. plerique omnes. απεδεικνυσαν Venet. επεδεικνυον Ald. Camer. I & II, Steph I & II in textu, in margine autem επεδεικνυσαν, quod & Jungerman. & ſeqq. habent.

παντα) Ald. ex errore librarii πατα.

τα παντα) Ald. iterum ex errore librarii πατα, & addit εοντα μεγαλα τε, praecedentibus perperam iteratis, ſequuntur Ald. Camer. I & II, Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Sed margo editorum inde a Steph. I. εοντα μεγαλα τε eiicit, quod & Frieder. fecit. Pro noſtra lectione ſunt Arch. Med. Remig. Vindob. Pariſ. ea igitur iure praeferenda.

περι σεο) περι σευ Venet. Ald. Camer. I & II, Steph. I.

της σης) comma hic in Ald. Camer. I & II, item poſt Φιλοσοφεων.

γην πολλην) Pariſ. A. B. Remig. την πολλην Med. & ex hoc Gronov. την πολιν Vatic. unus, nam ceteri quatuor της πολλης, & Arch. Vindob Pariſ. C. Venet cum Aldo, Camer. I & II, Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale, Vulgatum, Weſſelingius inquit, της πολλης iuſtiſſime Gronovius, quippe in ſermonis indolem arietans, in exilium ire iuſſit, qui ſi & γην correxiſſet, ut in Homer. Il. O. 85 ὅς τ' επι πολλην

λην γαιαν εληλυθως, locum perſanaſſet. Amplexi id merito ſunt, trium MSS. auctoritate probe munitum Küſterus in Clerici Bibl. N. & V. T. V. p. 389. D'Orvilius ad Charit. lib 2. p. 160. Abbas Geinoz Comment. Acad Inſcript. T. 16. p. 58, & Reiskius. Ipſe Herodotus, quod ſedulitatem Gronovii haud latuit, IV, 76. επει τε γην πολλην θεωρησας, in re non diſſimili. Tale quoque hoc Democriti apud Euſeb. Praep. Evang. L. X. 4. p. 472. εγω δε των κατ' εμαυτον πλειϛην γην επεπλανησαμην ἱϛορεων τα μηκιϛα. Neque dubium Wesselingio eſt, quin Medic. ſcriptura & ſimilis ferme Vatic. ex frequente Τ & Γ confuſione progenita fuerit: ferri tamen potuerat, ſi Croeſus Ασιης την πολλην, quemadmodum in Arriani Indic. c. 5 memoraſſet, ubi Λιβυης την πολλην Joſeph. C. Apion lib. 1, 19, & Καρινς την πολλην Noſter V, 103. At την πολλην nullo regionis adpoſito vocabulo, quis plurimam mundi partem iure explicuerit?

με επηλθε σε) μοι επηλθε, ει Arch. Vind. Venet. σε abeſt in Ald. Camer. I & II, quae & poſt ολβιωτατον punctum ponunt.

αποθωυμασας δε) ſic omnes cum Aldo. αποθωμασας Medic. & ex eo prave Gronov. vitio enim librarii υ omiſſum

επιϛρεφεως) citat Suidas in voce.

Τελλω, τϐτο μεν) τϐτο μεν Remig. in Vindob. τω μεν. in aliis omnibus cum Aldo τϐτα μεν. Demiratus ſaepe eſt Weſſeling. nemini leve, quod haec occupaverat vitium ſuboluiſſe, praeſertim ſequentibus id manifeſto prodentibus. Medicei quidem ope ες τϐτο δε aliam faciem

ciem induit, nec ſpecioſam tamen: meliorem putabat Reiskius ἔτω δε. Weſſelingio ſcripſiſſe ſemper viſus, quod editum cum maxime eſt. Auctorem opinionis S. Remigii codicem habet, quocum, annotante Larcherio, conſentit Pariſin. A, ipſumque Herodotum, τετο μεν & τετο δε toties totiesque iterantem: exemplorum affatim eſt in Porti Lexico, nec Herodoti ſtudioſum fugere poſſunt.

ἡκέτης) in marg. tantum Arch.

τε κἀγαθα) in Ald. Camer. I & II commate ſeparantur.

τετο δε τε βιε ευ ἡκοντι) τετο δε Remig. τετω δε Medic & ex eo Gronov. ες τετο δε ceteri cum Aldo. Malus Graeciſmus, Gronovius inquit, ab Valla ſpectatus, ut interpretaretur: quum hoc vitae, quantum in nobis ſitum eſt, bene traduxiſſet. Nec enim is genitivus aliunde debet pendere quam ab verbo ἡκειν. Itaque Portus in Lexico Jonico vertit (ubi etiam habes affatim exemplorum de iſto genitivo verbum ἡκειν commentari ſolito). Cum ad hoc usque tempus vitam feliciter traduxiſſet. Sed notatio illa temporis ſupervacua, idque ut tibi perſuadeas, liber vetus Florentiae ignorat iſtud ες. Hinc iam manifeſte patet, Herodotum ſcripſiſſe τετω δε βιε ευ ἡκοντι, palmaria ſane correctione. — Sed βιε omnino videtur a τετο pendere, cum antea dicatur της πολιος ευ ἡκεσης. poſt ἡκοντι abeſt comma in Ald. Camer. I & II, in quibus & αυτε a τηπερ commate ſeparatur.

ad Cap. XXXI.

προετρεψατο) Mutavit vir doctiſſ. Miſcell. Lipſ. Vol. 7. p. 613 in προετρεψατο, neque aliud in ſcripto ad Weſſelingium, niſi προτρεπεσθαι eſſe aliquem ad ſe convertere, attentum ſibi facere: itaque verborum ſententiam videri: poſtquam dixiſſet res Telli valde bearas, eoque attentum & animi ſuſpenſum feciſſet Croeſum Solon. Quin crediuiſſe olim ſe, τοις κατα Τελλον praeſtare. Quo quidem molimine, inquit Weſſeling. recte, adiumentis codd. deſerto, non opus erit, modo ex conſequenti ad ſententiam cum Abreſchio Dilucid. Thucyd p. 332 adſciſcatur προετρεψατο επερωταν, incitavit ad porro interrogandum. In Parthenii Erotic. c. 1 εκεινος αυτον υποδεχομενος εις πολυν οινον προετρεψατο, ille hoſpitio exceptum multo vino provocavit. Herodoti mentem Valla bene adſequutus eſt.

ειπας) ειπων Arch Vindob.

παγχυ) In Arch. videtur olim fuiſſe παμπαν. Eſt enim in correctione παγχυ. Vindob. παγιαν.

ὁ δε ειπε, Κλεοβιν τε) Ald. ὁ δε, ειπε, Κλεοβιν τε, ſed Weſſel. ex Arch. Κλεοβιν recepit, probante Reizio. Opportune enim monuit Hemſterhuſius metri neceſſitate hunc ſcribendi modum Epigramma probare in Stobaei Serm. CXIX. p. 603. οιδε Βιτων Κλεοβις τ' επι σωμασιν οικειοισι Ζευγλαν ζευξαμενοι &c. Sic ergo praeſtat. — Poſt Αργειοισι Ald. comma habet, & punctum poſt ὑπην, quod poſtremum & Weſſeling. ſed Reizius, quem ſequuti ſumus, melius

tius comma poſuit, qui idem & poſt τοιῆδε commatis loco rectius colon habet

εσαν) Vindib. & alii ησαν, ſed male & contra Jonum morem, etſi ita ſaepe ante. Vide Etymol. p. 381.

ὁδε ὁ λογος) Medic. Remig Vindob. Pariſ. duo probe. Reliqui cum Aldo ὡδε λογος.

ζευγει) Ald ζευγεϊ cum Camer. I & II, Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale, Gronov.

εκκλῃιζομενοι) neſcio quo caſu hanc Aldinam pro meliori codd. lectione edidi, quam Gronovius iam receperat. εκκληϊομενοι enim cum Medic. Remig. Vindob. Pariſ. A legendum eſt. Ciceronem Tuſcul. I. p. 47 in Herodoto legiſſe ſuſpicatur Valkenarius, εκδυομενοι δε veſte poſita, atque illud anteponit lectionibus vulgatis, ceterisque, quas ad iſtum Ciceronis locum excogitavit Buherii ſollertia, qui εξελαιȣμενοι legendum cenſuit, quia Cicero l. l corpora oleo perunxerunt, ſcripſit. Sed recte monuit Larcherius, neque e Valkenario εκδυομενοι neque e Buheriano εξελαιȣμενοι, Ciceronis verba translata eſſe poſſe, qui non verba Herodotea ſequutus, ſed ex memoria hanc retuliſſe hiſtoriam videatur. Quare nihil mutandum in contexto, ſed codd. lectionem retinendam iudicamus.

τεσσερακοντα) bene Med. vulgo cum Aldo τεσσαρακοντα.

ες το ἱρον) Idem & Vindob. Pariſ. Arch. Venet. επι το in aliis, Ald. Camer. I & II,

 Steph.

Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. Gronov. primum reſtituit Medic. ες, recte

μαλλον) poſt hanc vocem comma habent Aldina & hanc ſeqq. quod in iisdem & poſt περιςαντες invenitur.

ϱωμην) ſic e Medic. & Pariſin. duob. Gronov. Weſſeling. Reiz. quos ſequuti ſumus. την γνωμην reliqui cum Aldo, quod in notis praeferunt Weſſeling. & Larcher. In MSS. diſſenſu, inquit Weſſel. eligendi arbitrium eſt; ego γνωμην praeferrem. Juvenum ϱωμην ſupra attigerat, fuitque in Bitone ſane quam eximia: ὁ Βιτων ὑπο ϱωμης τε και ισχυος ταυρον αραμενος ηνεγκε in Pauſan. lib. 2. 29. At pium hoc iuvenum in matrem ſtudium ſupra omne corporis robur conſpectius erat & laudabilius. Accedit Weſſelingio Larcherius, ſed Gronovius, animadvertendum eſt, inquit, ab Herodoto non modo non ſtatim ante, ſed ne deinceps quidem dicere celebratam eſſe γνωμην horum adoleſcentium, quin etiam ne ſi habuiſſent adeo piam γνωμην, ut in locum iumentorum ſuccedere, & matris currum trahere vellent, id facere potuiſſent, niſi pares vires ipſis adfuiſſent. Unde etiam occaſione narrationis virium in ipſis ad alteram hiſtoriam hanc venit Herodotus. Itaque ſi non in univerſa, certe in priore harum vocum parte melius ac rectius exiſtimem legi in optimo codice εμακαριζον των νεηνιεων την ϱωμην, & utrumque probavi. Gronovio cum Reizio accedere cenſuimus.

των νεηνιεων) ſic eſt in Remig. & Pariſ. B ſicuti in Medic. των τεκνιων in ceteris, uti & Aldo,

do, editiſque omnibus ante Gronov qui e Mediceo iure reſtituit noſtram lectionem, nec ipſe, inquit, nec alius opinor quiſquam credet, ita Herodotum inſtituiſſe, ut eosdem paulo ante vocaret νεηνιας, nunc τεκνια, verſiculo uno poſt τεκνα: & ſi id factum eſt, utique illud τεκνα vix bene convenit.

ευχετο) poſt hanc vocem & Βιτωνι abſunt commata in Ald & hanc ſeqq.

Κλεοβι) Κλεωβι omnes.

ἑωυτης) Ald. Camer. I & II male ἑωυτοις.

την θεον το) comma poſt το habent Ald. & eam ſeqq. eaedem & poſt εθυσαν τε comma ponunt.

τω ἱρω) ἱερω Arch.

ad Cap. XXXII.

ιδιωτεων ανδρων) omnes editi & ſcripti, in Gronov. ανδρων neglectum.

ὁ δε ειπε) Aldina eamque ſequentes comma habent poſt ὁ δε.

το θειον παν) το ανθρωπινον παν ειδαμα εν τουτω, επειρωτας των σεωυτε πρηγματων περι. Sic Veneti duo, offenſi vulgatae ſententiae. Citat Herodotea Euſtath. in Homer. p. 690, 24. Poſt φθονερον τε Ald. & eam ſeqq. comma ponunt.

ιδεειν — παθεειν) Ald. Camer. I & II, Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale, quibuscum conſentiunt Remig. & Vind. quos cum Weſſel. & Reiz. ſequuti ſumus. ιδειν & παθειν habent Medic. & Arch. quod Gronov. probavit. Agit de hoc loco copioſiſſime Hor-

reus Obſerv. ad Herod. c. 5. p. 28-40. Adde Stobaeum p. 564, ubi haec citantur. poſt *ιδεει* & *τα* comma habet Ald. eumque ſequentes editores.

ζοης) *Ζωης* Arch. ſine cauſſa.

διηκοσιας και πεντακισχιλιας) commatibus diſtinguuntur hae voces in Ald. eamque ſequentibus.

ετεων) *ἑτερων* Vindob. Arch. in cuius margine *ετεων*.

τριηκοντα πεντε) ſic recte Medic. Vindob. Arch. in aliis, Aldo editisque ante Gronov. *τριακοντα πεντε* male

πεντηκοντα) Valla dedit *quingentos*, ſed prave.

τȣτεων) bene Medic. & Stob. *τȣτων* ceteri cum Aldo editisque ante Gronov.

ἡμερεων) *ἡμεραιων* Vindob.

πεντηκοντα και διηκοσιων και ἑξακισχιλιεων και δισμυριεων) omnes hae voces in Ald. & hanc ſequentibus commatibus ſeiunguntur. E Mediceo Gronovius bene reſtituit *ἑξακισχιλιεων* & *δισμυριεων* pro vulg. *ἑξακισχιλιων* & *δισμυριων*. poſt *αυτεων* comma in Ald eamque ſeqq.

προσαγει) *εισαγει* Stob. & Theo.

ἐτω ων, ω Κροισε) *ἐτως ȣν ω* Vindob. & Arch. *ἐτω ω* Stob. Gronov. *ω* neglexit, quod omnes probant. Commata abſunt in Ald. eamque ſeqq.

παν εστι ανθρωπος συμφορη) ſic Med. Vindob. Venet. Pariſ. Ald. Camer. I & II, Gronov. & bis Stob. ſed Ald. & Camer. *συμφορῆ.* *πας* Arch. Remig. Theo Progymn. p. 64. Clemens

mens Alex. Strom. III. p. 517, Steph. I & II, Jungerm Sylb. Frieder. Gale. Non dubitavit Gronovius reponere veterem ex fideliſſimo codice lectionem, praeſertim cum videret ſimiliter legi in editionibus priſcis Aldi & Camerarii, niſi quod habeant *συμφορῆ*. Henricum Stephanum, addit, ultra ſeculum ſic faſcinaſſe ſua lectione Herodotum, obtemperante inique Jungermanno, ut in eo legatur *πας εϛι ανθρωπος συμφορη*, exigens etiam ut verteretur. *Ita igitur, o Croeſe, omnis homo eſt ipſa calamitas*, prout in hac parte ei obſecundavit quoque Friedericus, cum miretur Gronovius, ſic ordinem verborum, quem dedit Herodotus, turbari, & ubi, inquit, in illis eſt *ipſa?* Imo quid vult? Profecto quaeſivit Stephanus amplificationem in verbis, quae ipſam non capiunt nec continent. Nec ſane quia quisque dies diverſus eſt ab altero in rebus, quae adducuntur, ideo omnis homo poteſt dici ipſa calamitas. Quid igitur dicit Herodotus? Nempe Solonem introducit dicentem Croeſo *ita igitur, Croeſe, univerſum eſt, homo calamitas* Diſtinctione enim adiuvandus erat locus. Nonne enim penitus ſimile eſt, quod legimus apud Graecos eosdem *ανθρωπος Ευριπος*, & *ανθρωπος παμφολυξ* vel bulla, ut vertit Varro *Βραχυλογια* placuit. Maius corruptelae momentum acceſſiſſe putat ab illis, qui Herodotum ad ſuas opiniones meditationesque citant, plerumque licenter, ut Clemens Alex. ſuſtinuit lib 3 Strom p. 43 citare *πας ανθρωπος εϛι συμφορη*, permixto iam Graecorum ordine. Haec Gronovius. — Si

πας malueris, Weſſelingius inquit, quomodo Aldinum emendavit Chytraeus in Annot. Herodot & codd. nonnulli cum Clemente Alex. & Theone legerunt, nihil eſt, quod offendat: omnis utique homo aerumnoſus eſt. Tale Alexandrinorum Interpr. Jobi XXV, 6. *πας ανθρωπος σαπρια*. & Scythae cuiusdam *πας γαρ μετωπον ειμι* in Aeliani Var hiſt. VII, 6 tum Democrit. in Hippocratis Epiſt ad Damagetum p. 229, edit. Ald. *ὁλος ανθρωπος εκ γενετης νȣσος εϛιν*. At plures cum Stobaeo MSS. *παν εϛι ανθρωπος συμφορη*. Pro quo vir quidam doctus, citra cauſam tamen, ad marginem Aldinae Weſſelingii *παν εϛι ανθρωποισι συμφορη*. Idem in opinionem venit Reiskio, fatenti tamen, omnia ſtare poſſe, modo *κατα* ad ſtructuram adſciſcatur: tendit & huc deſiderium Geſneri ad Luciani Aſin C. 56, neque longe deflectit in larga diſputatione Horreus, Obſerv. Herod. c. 6 varius tamen, ut ſolet. L. Küſterus verſionem Gronovii & diſtinctionem, *igitur*, *univerſum eſt*, *homo calamitas*, taxat, ſuffectis his, *ita igitur*, *o Croeſe*, *homo totum caſus eſt*; neque enim verum eſſe, omnes homines calamitoſos eſſe; ipſum fateri Solonem in hac adlocutione, quosdam felices videri Quod non infitiatur Weſſelingius, nec *συμφορην* contra ſcriptoris morem *caſum* putat Gaudemus mortales proſpero ſaepe rerum ſucceſſu; at quot non incurrunt, quae felicitati iſti frena iniiciunt, manifeſtantque, *ἡμας ȣδεν οντας αλλο πλην Ειδωλ', ὁσοιπερ ζωμεν, η κȣφην σκιαν*, ut in Sophocl. Aiace 125. Sive ergo *univerſum* Gronovii, ſive *totum* Küſteri prae-

praetuleris, ad ſummam res eodem deveniet. Weſſelingio tamen aequius meliusque videtur, *omnino homo calamitas eſt*, ſive *calamitoſus*, uti Valla. ὁ βιος αληθως ϗ βιος, αλλα συμφορα, alia in re Eurip. Alceſt. 802.

πλȣτεειν μεν μεγα) Medic. Vindob. Remig. ora Steph. I eamque ſequentium, Venet. Eton. Stobaeus, qui optime omnium πλȣτεειν μεν, quod revocavit Weſſeling. πλȣτεων ceteri cum Aldo & Steph. in textu. Voculam eliſam a vicina, bene notante Valkenario, Stobaei praebet Florileg. p. 564, 47. πλȣτεειν μεν μεγα φαινεαι, neceſſariam monſtrant ſequentia, εκεινο δε. πλȣτεειν e Medic. iam receperat Gronovius, cui adſentitur Horreus Obſerv. Herod. cap. 6. p. 49 ſeqq.

εκεινο δε το) comma poſt δε habent Ald. & Camer. I & II ſimiliter poſt εςι.

τελευτησαντα καλως τον αιωνα) τελευτησαι τον αιωνα hinc explicat Euſtath. ad Homer. p. 501. 23.

οι τυχη) Medic. Arch. Eton. Ald. Camer. I & II, Gronov. Stob. Pariſ. vulgo inde a Steph. I. ἡ τυχη.

εχοντα) hoc ex Stob. ora Steph. I, Medic. Vindob. Remig. Pariſ. duobus. Ceteri cum Aldo εχοντι. Rectiſſime Gronov. εχοντα recepit, a quo vellicando conſultius fuerat manus abſtinere Structurae exempla ſi requirantur, ſumi ex lib. 6. c. 7. 13. lib. 8. 100. 111 &c. poſſunt. Ego vero ευ, quod Valla in ſuo habuit, Stobae usque & Britannici libri edunt, ſua in ſede collocavi; poſtulabant iteratae locutiones

καλως, ευ & ευχαριςως τον βιον τελευτησαι. tum orationis habitus Neque enim ad perfectam felicitatem ſatis eſt iucundus bonorum cumulus, ſi moleſta deceſſio accedat. De Polycrate Amaſis lib. 3 4 *ὁτι ȣκ ευ τελευτησειν μελλει ευτυχεων τα παντα.* Haec quae ſub manu ſunt, imitatus eſt Dionyſius tyrannus in Stobaei Serm. XCIII. p. 560. *Weſſel* Aemil. Portus, obſervat Gronov. cum haberet ante oculos verba ex 7. 10. *ει οἱ ἡ τυχη επισποι το*, in noſtro tamen loco citando eum dativum ignorat. Legeſis quoque Horreum ad h. l. in Obſ. ad Herod. p. 55-59.

τελευτησαι ευ τον βιον) Arch. Eton. & Stob. quod iure praefert Valkenarius, in aliis & Ald. *ευ* deſit.

ανολβιος) *ανολβος* Venet. Stob.

μȣνοισι) Venet. & Stob. ſatis bene, uti mox *πολλοισι*. Vulgo cum Aldo *μȣνον*.

ενεκαι) comma hic ponunt Ald. Camer. I & II.

τοισι δη) *τεισδε* Stob. *τοισι δε* Arch. *δη* abeſt in Ald. Camer. I & II male.

εκεινω) *και εκεινω* Arch.

απηρος) in Vatic. qui Fulv. Urſini fuit, a prima manu: in alio Vatic. itidem, ſed ex correctione, antiqua admodum. In aliis omnibus Aldinum *απειρος*, quod defendit Gronovius, cui adſentitur Horreus. Sed quod olim ex coniectura D. Heinſius, indice Jungermanno ad Polluc. II, 61 tum Küſterus, Abbas Geinozius, & Reiskius correxerant, id certum praeſtat Vatic. codex, quare iure receptum a Weſſelingio eſt, quem cum Reizio ſequuti ſumus.

απει-

απειρος, quidquid dicatur, monuit Weſſeling. valere non poteſt: addi debuerat, cuius rei expers eſſet, ut infra lib. 1. 107; nec latuit hoc H. Stephanum, qui *expers autem eſt malorum:* ac απειρος idem erit ac απαθης κακων, quod & ille propterea in Latinis neglectui habuit: perperam profecto. Natum απειρος eſt ex ſoni adfinitate, quae in Aldino C. 196. εμπειρος ex εμπηρος progenuit: Reiskius admonuit, απηρον *membris omnibus integrum* dixiſſe Gregor. Nyſſen. Epiſt. ad Euſtath. p. 10, vocarunt & alii. — In Ald. haec omnia colis diſtinguuntur, ſicuti & ſequens τον σου commate ſeiunctum.

επισχεειν) Vindob. Remig. Ald. & editi omnes ante Gronov. in Venet. επιχειν. Medic. επισχειν cum Stob. Arch. Pariſ. quod probat Gronov. Sed illud Jonicum & Herodoteum.

κω) και Vind. Arch. Stob. citra cauſam.

αδυνατον) inſerit εςι Ald. Camer. I & II, Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. Gronovius primus omiſit, idque recte.

ȣδεμιη) Venet cuius excerpta hic deſinunt. Remig. Ald. Camer. I & II, Steph. I & ſeqq. ad Gronov. μιη Arch. Vindob. ȣδεμια Med. Stob. quos ſequitur Gronovius more ſuo.

καταρκεει) καταρκεειν Arch. Vind.

εχη) Med. Stob. Pariſ. εχοι Remig. Camer. I & II, Steph. I & II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. εχει Arch. Ald. Gronovius, Medic. εχη iure recepit.

μεν γαρ) commate ſeparantur in Ald. eamque repetentibus

αυτεων) Editi ante Gronov. cum Aldo, Remig.

mig. Vindob. in Medic. atque aliis αυτων, quod more ſuo defendit Gronov.

ω βασιλευ) ſolus Stob, ὡς βασιλευς omnes cum Aldo, ſed noſtrum iure recepit Weſſeling. Difficiles habere explicatus, inquit, ὡς βασιλευς & longe arceſſitos, Gronovii & Horrei defenſiones oſtendunt Si ex Stoa Solon loqueretur, cui *dives*, *qui ſapiens eſt*, *Et ſutor bonus*, *& ſolus formoſus & eſt Rex*, non abnuerem. Planiſſima Stephani eſt pluriumque aliorum coniectatio, quam Stobaei patrocinio protectam, non repudiavi. Ipſe plus vice ſimplici in hac oratione ω βασιλευ. In celeberrimo, quod conſequitur, dicto, Ariſtoteles haeſitat Ethic. Eudem II, 1 & Nicom. I, 10, non item Sophocles Euripidesque ad cuius Androm. v. 100 Joſ. Barneſ. vide.

ad Cap. XXXIII.

λεγων) λεγοντι τω Κροισω Remig. Pariſ. A; Vatic & ceteri omnes cum Aldo λεγων τω &c. Scabra haec, inquit Weſſeling. & ſalebroſa Abbati Geinozio, cui ex ſcriptura Pariſ. & Remig. adlubuit ταυτα λεγοντι Κροισος ουκως ουτε εχαριζετο, *haec dicenti Croeſus nihil neque gratificabatur* &c. At ſatis tum importunum αποπεμπεται, transeunte, ut aiunt, poteſtate, & ſine ſuo caſu, ne de nimia mutatione memorem. Reiskius, niſi mox αμαθης legatur, pro ουκως mallet ουτος, ultro adgnoſcens, minime Herodoteae facilitati reſpondere omnia: contra ea Vallae Latina, *ſaneque eſt viſus indoctus* laudat St. Berglerus, αμαθης ad eorum exemplum refingens; quod

&

& mihi, auctoritate libri Britannici munitum, ſe probavit. Sic certe omnia plana. Plutarchus eundem ferme in modum, ηδη μεν αλλοκοτος, Solon, εδοκει ειναι τω Κροισω, και αγροικος in Solone p. 93 E. poſt αποπεμπεται Ald. cumque ſequentes comma ponunt.

αμαθης) Arch. & Valla. αμαθεια reliqui cum Aldo.

ad Cap. XXXIV.

μετα δε) comma hic ponit Ald. & Camemer. I.

θεε) Medic. & Pariſ. duo: θεων in Ald & aliis. Noſtrum iure reſtituit Gronov. quippe Herodoto ſolemne. quod ex lib. 2, 13, 64. 8. 13 aliisque locis probavit. Poſt Κροισον comma habet Ald. ceterique ante Reiz.

ως εικασαι) comma hic omittunt Ald. Camer. I & II, Steph. I parentheſi includunt has voces a Steph. II ad Weſſeling. quam delevit Reiz. quem ſequuti ſumus. Poſt ευδοντι comma habent Ald. Camer. I & II.

παιδες) comma, coli loco habent Ald. Camer. I & II, quod & poſt των & ετερος μεν ponunt.

ην — κωφος) has voces parentheſi includunt a Steph. I ad Gronov. omnes

σιδηρεη) σιδηρηη Vind. σιδηρη Arch.

εξηγερθη) εξηγερθη idem.

καταρρωδησας) ſic Reizio praeeunte edidi pro vulg. κατορρωδησας, quod in omnibus ante Reizium editum legitur. Weſſelingius iam monuit, ſemper Herodotum καταρρωδησας & κα-

ταρ-

ταρρωδησαι· quod & hic olim fuiſſe exiſtimat In Luciani Dea Syr. C. 19. 2: &c ορρωδεειν & c. 29 ορρωδιη, quae niſi librariis accepta referantur, Noſtri Jonismus proſcribet.

εαι) non eſt in cod. Arch

τοιȣτο) ſic Medic Pariſ. A. B ceteri cum Aldo τοιȣτον.

ακοντια δε) δε non habent Arch. Vindob. & poſt δε comma habent Ald. Camer. I & II, item poſt παντα.

χρεωνται) omnes χρεονται, pro quo χρεωνται ſolet Herodotus, quod igitur Reizio praeeunte recepimus.

συνεινησε) συνενειxε Steph. I margo.

ad Cap. XXXV.

ες τας Σαρδις) Articulus in Arch. deſit, & neceſſarius non eſt.

οικια) comma abeſt in Ald. & Camer. I & II adeſt autem poſt επιχωριȣς.

κυρησαι) Medic. & Pariſ. A in aliis Aldinum επικυρησαι· deſideratur in Arch. nec eſt, niſi in margine & manu recente. Vide Horreum p. 66 ſeqq vulgatum defendentem, pro quo Gronovius Medic. lect. iure reſtituit.

Λυδοισι) comma hic habent Aldina eamque repetentes.

Ωνδρωπε) Gronov. hoc e Medic. cui accedit Pariſ. A ceteri cum Aldo ανδρωπε.

εων) Arch ων. poſt εγενεο Ald. eumque ſequentes comma habent, ſicuti & poſt ſequens ὁ δε.

Γορδιεω μεν τȣ Μιδεω) Valla Μιδεω μεν τȣ Γορδιεω

διεω legiſſe videtur, notante Stephano in ſec. edit. quum interpretatur, *Midae Gordio prognati filius.* Vallam errantem bene in ordinem coegit Gronovius. An inſpexit, inquit, locum Ptolomaei Hephaeſtionis inter excerpta Photii, ubi ſcribitur: *οτι παρ' Ηροδοτω, εν τη πρωτη των ἱςοριων, ὑπο Αδρασꙋ τꙋ Γορδιꙋ ανηρημενος?* ut eum putet oſtendendum Stephanus contra Vallam, qui ſufficit refutandae illi mutationi. Quid in mente fuit Th. Bezae ad *πραξ. αποϛ.* 7 16, ſcribenti (ſed ſubaudiri etiam interdum parentum nomen in hoc dicendi genere liquet ex his Herodoti verbis in Clio, *Αδρασος ὁ Γορδιεω, τꙋ Μιδεω*, id eſt, *Adraſtus nepos Gordii, qui pater fuit Midae?*) ipſe dixerit. Nihil in his eſt ſcrupuli.

αμηχανησεις) citat Thom. Magiſt in voce.

παρειμι) comma hic Ald. eamque repetentes, item poſt ſequens *φιλꙋς*, ſed abeſt poſt *ꙋδενος.*

εν ἡμετερꙋ) ſic Medic. & ora Steph. I vulgo *εν ἡμετεροις* pro quo Gronov. Medic. recepit. Sic & VII, 8, 4. *τα τιμιωτατα νομιζεται εν ἡμετερꙋ*, nec ſine MSS diſcordia.

ὁ μεν) comma habent Ald. cum repetentibus.

εν Κροισꙋ) ſic e Medic. Gronov. quem cum Weſſelingio & Reizio ſequuti ſumus *εκ Κροισꙋ* exſtat in Remig. Vindob. Pariſ. B apud Larcher. Ald. Camer. I & II, & in ora Steph. I ſenſus idem.

ad Cap. XXXVI.

Ουλυμπω) Ολυμπω Arch.

γινε-

γινεται) *φαινεται*, quod olim docto viro, Weſſelingio adnotante, arriſerat, ſpretum recte fuit.

ὁμεωμενος) Remig. Vindob. Ald. editique ante Gronov. omnes. *ὁμωμενος* in Medic. Pariſ. Arch. & e Medic in Gronov. ſed Aldinum, quod magis Herodoteum eſt, praeferri meretur.

ἐρεος) Ald. & editi ante Gronov. Vindob. Arch. Remig. *ὀρεος* Gronov. e Medic. cui accedit Pariſ.

πολλακι) *πολλακις* Vind.

εξελθοντες) ſic Med. Pariſ. A. Gronov. quem cum Weſſeling. & Reizio ſequuti ſumus. in Ald. & reliquis *ελθοντες* non magno diſcrimine, *εξελθοντες* ad proprietatem loquendi multo aptius putat Gronov.

ὑος χρημα) Euſtath. in Homer. p. 773. 6 haec ſpectavit.

ων) *εν* Arch. male. poſt *παιδα* comma in Ald. Camer. I & II, item poſt *νεηνιας*.

εξελωμεν) *εξελωσιν* Eton.

της χωρης) *της χωρας* Arch. male. poſt *οι μεν* comma in Ald. eamque repetentibus, item poſt *ετι*.

τε) deſit Arch, item in Ald Camer. I & II male, Steph. I. II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale, parentheſi includunt verba *νεογαμος* — *μελει*.

λογαδας) comma habet Ald. eumque ſequentes.

συνεξελειν) *ξυνελειν* Arch.

ad

ad Cap. XXXVII.

ἀποχρεωμένων) οὐκ ἀποχρεωμένων Valla legiſſe videtur, vertens: *cuius verbis cum contenti non eſſent Myſi*, quod H. Steph. ſine cauſſa probat, in praefat. edit. II, & in nota marginali pag. 16. Friederichus οὐκ in textum inſeruit, ſed imperite, Gronovio iudice, praeſertim cum iam ante illum monuiſſet Aem. Portus in Lexico, citans hunc locum & interpretans. (*Quum his contenti eſſent Myſi*, Latinus interpres vertit *Quum contenti non eſſent Myſi.* Sed male. vertendum enim, ut hic vertimus, quod aliis exemplis illuſtratum confirmabitur.) Quod ſi multitudo uſurpationis vincere poteſt, omnino praevalet haec ſententia & explicatio Porti, qui plurima eius exempla collegit, tam in activa, quam media forma, etſi non inique interim cogitaveris, quid ſit intervenire filium, quum contenti eſſent Myſi? ubi nec ullum veſtigium ſuae animi moleſtiae hi Myſi praebent, ſicut neque contrarium ſibi oſtendunt valde placere reſponſum Croeſi; niſi ſi ex verbis ſuis id auctor vult colligi. An non poſſet eſſe compoſitum pro ſimplici? ut notaret, quod ſenſus requirit: *dum Myſis hoc reſponſum dabatur*, vel *cum Myſis per iſta reſponſum daretur.* Attamen placeat Portus. — Weſſelingius negantem in Latinis vocem eraſit, praeeunte Abbate Geinozio in Mem. Acad. Bonar. Literar. T. 23. p 113.

παις) comma hic omittit Ald. eamque repetentes, idque inſerit poſt ſequens τῶν.

οὔτε — ἀθυμίην) citat Thom. Mag. in ἀθυμία.

νυν τε τεοισι) *τεοῖσι* omnes. Scribendum putat Valkenarius: *νυν τοι τεοισι με χρη ομμασι — φαινεσθαι*. *Te* (patrem) *quibus me oculis oportet intueri*. Sophocl. in Aiac. 462 *και ποιον ομμα πατρι δηλωσω φανεις Τελαμωνι*? Plurima huius generis ad Ciceronis Orat. pro Rabirio ſub finem congeſſit Nic Abramus Weſſelingius & Reizius Porto, Berglero, Reiskio auſcultarunt edentes, quod in textu legitur Noſter, inquit Weſſeling II, 82 *τεοισι εγκυρησει* ex Florentino, h. e. *τισι*, *quibus?* & IV, 15: *Τεω δυναμει, κοιη χειρι? Qua copia? quave manu?* Homer. Il. Ω. 387 *τεων δ' εξ εσσι τοκηων*; *qui te genuere parentes?* Poſt *αγορην* comma & poſt *φαινεσθαι* punctum habent Ald. eamque repetentes.

δοξει) *δοξοι* Arch. poſt *αναπειθον* comma habent Ald. & eum ſequentes

ad Cap. XXXVIII.

ουτι αλλο ουδεν) Thom. Mag. haec exſcripſit in *παρειδεν*. poſt *επισασα* comma ponit Ald. & qui eum ſequuntur.

εφη) *εφησεν* Arch. prave.

απολεεσθαι) *απολεσθαι* idem prave.

παραλαμβανομενα) Coniecturae doctorum virorum *παραβαλλομενα*, *παριμβαλλομενα*, *παρακαλουμενα* nimiae ſunt. Non male Laurentius, *ad ea quae ſuſcipiuntur*, ſive quae Myſi urgent, ut te duce in manus ſumantur & peragantur. *Weſſeling.*

ζωης) ſic omnes: *ζοης* alibi mavult.

εις γαρ μοι) *ἢ γαρ μοι* Remig. & ora Steph.

I,

I, poſt ἕτερον comma abeſt in Ald. eamque repetentibus.

τὴν ἀκοὴν) τῇ ἀκοῇ Arch. quo non indigemus. Vid. Horreum Obſ Herod. p 73. Larcherio perſuaſum eſt ſcripſiſſe Herodotum τὸν γὰρ δὴ ἕτερον διεφθαρμένον οὐκ εἶναι μοι λογίζομαι, ſicuti ſupra c. 34 τῶν ἕτερος μὲν διέφθαρτο. Quare, inquit, Herodotus ſurditatis iuvenis huius fecerit mentionem, cum eum mutum quoque fuiſſe non addiderit? τὴν ἀκοὴν igitur gloſſam librarii, incommodum iuvenis indicare volentis & antiquam vocis κωφὸς ſignificationem ignorantis eſſe vult, quae primitus margini adſcripta gloſſa in textum auctoris ipſum poſtea irrepſit. Ingenioſa ſine dubio Larcherii coniectura, ſine codd. tamen auctoritate non recipienda.

ad Cap. XXXIX.

τοι) poſt hanc vocem & τοιαύτην comma nullum exſtat in Ald. & quae hanc repetierunt. Eaedem punctum habent poſt ἔχειν & comma poſt τὸ.

τὸ δὲ) τὸν δὲ Arch.

τὸ ὄνειρον) Pauw coniecit τοῦ ὀνείρου, nec diſſidet Reiskius. Offendit, adnotante Weſſelingio, & legentem moratur τὸ ὄνειρον hoc quidem loco: ſi abeſſet, nulla revocandi cauſa foret gravis; vix certe locum tuebitur, niſi adſcita ad ſententiam vocula κατά. Weſſelingio acceſſit Pauw.

ὑὸς δὲ) Valla ὑὸς in verſione praeteriit.

φοβέεαι) ſic Reizium ſequutus edidi. Reliqui cum Aldo φοβέαι.

 μοι)

με) comma omittit Aldina, eamque ſequentes, idque ponit poſt *τευ*, & *τα*.

ad Cap. XL.

αμειβεται Κροισος) ſic Medic. Vind. & Arch. in cuius ora, ſed manu recentiore, *τοισδε* voci *Κροισος* adnectitur, quomodo, praeter Pariſ. plerique alii, & Ald. cum omnibus ante Gronov. qui auctoritate Medicei cod. *τοισδε* eiecit.

μετιημι) Galeus *μετημι* ex cod. Arch. vero propius ait: Weſſelingio in excerptis eius libri, quae adcuratiſſima inter manus ſunt, nihil ſimile obſertur. Fuerit tamen, inquit; genio ſermonis non congruit; clarum errantis librarii ſpecimen. Nam *πολλας ειχε ελπιδας μετησεσθαι επι θαλασσαν* lib. V, 25 quo vir eximius male deſcripto nititur, praeſidio non eſt. Id enim legitimum, *μετησασθαι* futile.

ad Cap. XLI.

Φρυγα) *Φυγα* Ald. ex errore librarii, Camerariana enim prima, huius preſſe veſtigia ſequens, recte *Φρυγα*.

αχαριτι) *ἀχαρίτην* Medic. & ex eo Gronov. *αχαρι την τοι* Pariſ. A. C, & Vindob. Arch. *ἀχαριτὴν* Pariſ. B, *αχαρι τι* Ald. & Remig. *αχαριτι* Camer. I ex errore librarii, Camer. II enim ſequitur Ald. *την* abeſt in Ald. Camer. I. II, Steph. I. II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. Abbas Geinoz cum codd. quibusdam regiis Pariſinis, in Mem. Acad. Inſcript. T. 16. Hiſt. p. 60 legit *συμφορη - - αχαρι την*, adnotante Larcherio, qui tamen Weſſelingio ac-

accedit. ονειδιζω Med. Arch. e quo priore Gronov. recepit. ονειδιζων alii cum Aldo. — Haec (de vulgata lectione Aldina loquens Gronovius inquit) improbe ſpuria ſunt, & uno eodemque anhelitu nimis multa ſimul efflat. Et quid eſt, quod Valla non retinet participium, ſed parentheſi admiſſa vertit *non ingrato tibi haec exprobro?* nec aliter Stephanus etſi corrigens & vim vocis αχαρι aliorſum trahens, *quod non dico ut quicquam ingratum tibi exprobrem?* Mirum erit, niſi prior legit in ſuo exemplari ονειδιζω. Quod ſane ita exſtat in optimo codice, eiusque verbi ab Porto derelicti proprietas in Herodoti exemplis haec eſt. Huius libri cap. 90 παραιτεομενος επειναι οἱ τῳ Θεῳ τουτων ονειδισαι. 4, 79 Σκυθαι τε βακχευειν περι Ελλησι ονειδιζουσι. 8, 92 ες των Αιγινητεων τον μηδισμον ονειδιζων, & 106 ὡς δε οἱ ταυτα ωνειδιζε. 143 ὡς τε ουδεν δει τουτογε ονειδιζειν. Quae variam oſtendunt eius uſurpationem, faciuntque, ut haec vulgata ſordida & conſarcinata male exiſtimem (nam neque dicitur apud Graecos verbum ονειδιζειν iunctum duobus accuſativis) prae illis, quae in MS. leguntur, nempe: αχαριτην τοι ουκ ονειδιζω. & includenda parentheſi. Nam vocis huius αχαριτης ingenuitas non magis mihi ſuſpecta venit, quam alia, αχαριςος in huius libri c. 90, vel αχαριτα c. 207 prout huc ipſum αχαριτος etiam modo ex uno exemplo memorant, nempe Plutarchi Solone. — Haec Gronov. — Aldinum αχαρι τι τοι ουκ ονειδιζων εκαθηρα, *ego te procul opprobriis amaris luſtravi* mutatum noluerunt, (quod Weſſeling. ad h. l. monuit) Berglerus in Act. Lipſ.

1716 p. 419. Horreus p. 74 ſeqq. Reiskius, alii. quibus quominus calculum addam, conſenſu ſchedarum MSS impedior. Pleraeque omnes *συμφορη αχαρι, την τοι ουκ ονειδιζω*, & ſi quae *ἄχαριτὴν* edunt, gemino tono, ut ſecandam innuant in duas vocem, ornant. Ita Pariſ. B fors quoque Mediceus. Namque *αχαριτην* ea notione, quam viri doctiſſimi voluntate adeptum eſt vocabulum, haberi poſſe, vereor ut impetretur. Quid ergo? Abbas Geinoz T. 16. Acad. Inſcript. p 61 de ſchedarum lectione nihil demutat, *συμφορη — αχαρι, την τοι ουκ ονειδιζω, εκαθηρα*, *ego te calamitate percuſſum ingrata, quam tibi non exprobro, purgavi*: per utique commode, ſi *αχαρι* eo caſu Jonum ore uſurparetur. Malui, uti mos fert, *συμφορη πεπλ. αχαριτι*, ſequutus ex parte quadam Aldum. Qua quidem in re audacior ſi videar, non deerit venia. *Συμφορη αχαρις, τιμη αχαρις* recurrent VII, 36 190. Opportune Eurip. Alceſt. 855 *ὁς μ' εις δομους εδεξατ', ουδ' απηλασε, Καιπερ βαρεια συμφορα πεπληγμενον.* Per vero humaniter, atque uti oportet, addit rex *την τοι ουκ ονειδιζω.* Namque, uti vere Plutarch de Adul p. 64 *πασα ονειδιζομενη χαρις επαχθης και αχαρις.* — Haec Weſſel — *Triſte quid tibi non exprobrans*, ſive calamitatem, in quam invitus incidiſti: quodvis malum *αχαρι* dicitur Herodoto, apud quem *ουδεν παθειν αχαρι* ſaepe recurrit: non equidem dubito, ait igitur Valkenarius, quin olim vulgata lectio melior ſit Medicea: *αχαριτην τοι ουκ ονειδιζω.* Iſta tamen ſi ſic ſcripta codex exhiberet antiquus: *εγω σε συμφορη πεπληγμενον αχα-*

ρι

ϱιτω, την τοι εκ ονειδιζω, εκαθηϱα· *ego te triſti preſſum calamitate, quam tibi non exprobro, luſtratum expiavi*, haec genuina iudicarem: αχαϱιτι ponere non auſim; αχαϱιτω ſcribatur an αχαϱιϛω nihil intereſt; niſi quod codd. Herodotei praebent αχαϱιτα παθηματα p. 83, 36, & αχαϱιτοτατον p. 431, 37. Utrumque fuit in uſu, ſicut αθεμιϛος & αθεμιτος. *Triſtis calamitas*, Herodoto dicitur αχαϱις συμφοϱη lib. 7. c. 190. Alterum illud την τοι εκ ονειδιζω, harum rerum peritis facile poſſet approbari: Andocides p. 20, 18 τας εμας συμφοϱας επι παντι ονειδιζειν. Demoſth. contra Androt. p. 397. §. 108 τας ιδιας συμφοϱας ονειδιζειν και πϱοσφεϱειν ἑκαϛω· quod homine indignum facinus merito iudicabat Or. pro Cor. p. 182. §. 431 εγω δ' ολως μεν, οϛις ανθϱωπος ων ανθϱωπω τυχην πϱοσφεϱει, παντελως ανοητον ἡγȣμαι. Aeſchines c. Cteſiph. p. 64, 40 ȣ το δυστυχημα ονειδιζω. *Valken* - poſt εκαθηϱα punctum ponit Ald. eumque ſequentes & comma poſt νυν ων, ſequentia autem οφειλεις γαϱ — αμειβεσθαι ſine parentheſi legit.

πϱοποιησαντος) πϱοσποιησαντος Arch.

τȣ εμȣ) Medic. & ex eo Gronov in Ald. & omnibus ceteris τȣμȣ, poſt γενεσθαι comma omiſit Ald. Camer. I & II, in quibus ceterisque ante Reiz. comma poſt ſequens τȣτο poſitum, poſt ειναι vero in Ald. & Camer. I & II omiſſum eſt.

πϱος δε τȣτο) Weſſelingium ſequuti ſic edidimus. Magis nunc placet Valkenarii, a Reizio recepta coniectura πϱος δε, ες τȣτο, de qua & Weſſelingius iam monuit, ni πϱος δε τȣτω cum

Reiskio ſcripſeris, certiſſimam eam eſſe. Reiskianam hanc conjecturam confirmat Pariſ. A, teſte Larcherio, qui propterea veram eam cenſet lectionem Nuspiam alibi, Valkenarius inquit, reperietur apud Herodotum *προς δε τουτο*; nonnumquam legitur, *προς τουτοισι*, quinquagies minimum *προς δε*. Corrigo: *προς δε, ες τουτο και σε τοι χρεων εστι ιεναι, ενθα απολαμπρυνεαι τοισι εργοισι*. in quibus *απολαμπρυνεαι* haud equidem mutaverim multo deteriore codd. lectione Galeo probata. Demaratus inter Lacedaemonios dicitur *εργοισι τε και γνωμησι απολαμπρυνθεις* lib. 6. c. 70 *εργοισι απολαμπρυνεσθαι* perparum diſtat a loquutione obvia lib. 3. c. 134. *φαινεσθαι τι αποδεικνυμενον*. — *ες τουτο — ιεναι* dixerit Croeſus: reſpondet Adraſtus V, 18. *αλλως — ουκ αν ηια ες αεθλον τοιονδε*. lib. 2. c. 15 *ες διαπειραν ιεναι*. Tandem *προς δε praeterea*, Herodoti certe lector ſibi non poſtulabat exemplis adfirmari.

απολαμπρυνεαι) *απολαμπρυνεται* Ald. & qui hunc ſequuntur, margo Steph. I, Vindob. Arch. male, poſt *προσετι* comma habent Ald, Camerar. I & II.

ad Cap. XLII.

εικος) ſic Medic. *εικος* vulgo omnes] cum Aldo. Obſervat Gronov. *οικος* ita frequentari Herodoto, ut ſolum annotatum ſit ab Porto, vocis *εικος* ne mentionem quidem faciat; certe *εικοτα* ter repetantur in libri 8. c. 60 & iam ſupra c. 27.

αν ισχον) Ald. Camer. I & II, Steph. I & Re-

Remig. in aliis inde a Steph. II. ανισχον, & ȣτε γαρ — παρα uncis incluſa. Noſtrum iure Weſſeling reſtituit. *Multis me*, inquit, *modis continuiſſem*.

οφειλω — χρηϛοισι) ſine parenth. leguntur in Ald. eamque repetentibus in iisdem & comma poſt articulum τον exſtat, quod abeſt poſt φυλασσειν.

ad Cap. XLIII.

ηισαν) ηεισαν Arch. ex errore librarii.

νενηνησι και) Medic. & Pariſ. duo. Vulgo cum Aldo νενηνησι τε και Mediceum iure probavit Gronovius

Ουλυμπον) Ολυμπον Medic. & Arch. contra morem Herodoti.

αυτο) αυτω Idem.

ȣτος δη) ex Medic. & Pariſ. in aliis αυτος δη cum Aldo, ſed Medic. Gronovius bene reſtituit.

ὁ καθαρθεις) Arch. Ald. Camer. I & II. Vulgo cum Steph. I, ſed prave καταρθεις, neque enim dialecti indoles, ut καταρθεις ſcribatur, permittit, docente Weſſelingio, καθαρσιος, καθαρσις, εκαθηρα, quae paſſim hic reperiuntur, ſcripturam firmant.

συν) ὑν Arch. & ſaepe ante, poſt τȣ μεν comma in Ald. eamque repetentibus.

Φημην) Φημιν Arch. Euſtath. in Homer. p. 1965, 62. εν δε τω χαλεπην Φημιν οπασσε (Odyſſ. Ω. 200) Φανερως η Φημις εϛιν Ιωνικως, καθα και αλλαχȣ. conf. in Iliad. p. 799. 10. Cuius decreto, ſi obtemperamus, nihil verius Arch. τȣ

ονειρῳ την Φημιν Idem III, 153. προς ταυτην την Φημιν Ζωπυρῳ εδοκεε· ἀλωσιμος ειναι ἡ Βαβυλων, ſed ſolus. Diſcrimen exiguum, non negligendum tamen. *Weſſel.*

αγγελεων) αγγελλεων Ald. Camer. I & II.

τω Κροισω) omnes. in Medic. deſit articulus, quem igitur delevit Gronovius.

εσημηνε) ex Medic. & Pariſ. duobus Gronovio praeeunte recepit Weſſeling, pro vulgato εσημαινε οἱ.

ad Cap. XLIV.

Κροισος) comma abeſt in Ald. Camer. I & II, ſed adeſt poſt απεκτεινε & τον.

περιημεκτεων) ημεκτεων Lex. Herod. poſt τα comma habet Ald. Camer. I & II.

διοτι) ſic Medic. Vindob. Arch. Steph. II margo & Pariſ. vulgo cum Aldo ὅτι δή.

οικιοισι) οικιησι Vind. Arch.

ὑποδεξαμενος) αποδεξαμενος iidem cum Aldo, Camer. I. II & Steph. I marg.

αυτον εὑρηκοι) Medic. Vindob. Arch. Pariſ. duo cum Steph. I ora, in aliis Aldin. αυτω, εὑρισκοι. Iure Gronov. recepit Medic. qui, nihil cauſae eſt, inquit, ut nunc in loquendo tangat filium, quem modo memoravit. Invidia oneranda eſt in Adraſtum, ut docet optimus MS. legendo αυτον, cum illud αυτω videatur imperite iteratum ex cap. 36. Ex eodem MS. etiam admiſi εὑρηκοι, quod alii iam ex codd. ſcriptis protulerant.

ad Cap. XLV.

τον νεκρον) ſine articulo Arch.

τω

τῷ νεκρῷ) comma loco coli habet Ald. Camerar. I & II, quae & ante καθήραντα comma ponunt.

καθήραντα) e Medic. recte Gronov. καθαίραντα ceteri cum Aldo, poſt εἴη comma habent Ald. eamque repetentes.

ἀκούσας) Margo Steph. II & Medic. e quo a Gronovio receptum. ἀκούσας reliqui cum Aldo, quod igitur reſtituit Weſſeling.

ἔχω, ὦ ξεῖνε,) ſine commatibus expreſſit Ald. & qui eum ſequuntur.

σεωυτοῦ) σὺ ἑωυτοῦ Arch.

τοῦδε τοῦ κακοῦ) τοῦ κακοῦ τούτου Arch. Habet Hermogenes Methodi C. 32, & illuſtrat ex Homero Il. Γ, 164 nonnihil mutata.

ἐξεργάσαο) ἐξεργάσας Arch. in Ald. eamque repetentibus comma poſt ἐξεργάσαο.

νῦν ἔθαψε) νιν ἔθαψε Arch.

οἶκος) Ita cum Reizio edidi, morem ſequutus Herodot. loquendi & confirmant hanc emendationem Pariſ. A. B apud Larcherium. ἔοικος Medic. quod ad veram proxime accedit lectionem & a Gronovio receptum eſt. Omnes cum Aldo εἰκός, male. ὃς εἰκὸς ἦν θάψαι τὸν ἑωυτοῦ Arch. & Vindob. Nolui MSS. reniti, Weſſeling. inquit, quibus οἶκος, quorſum Medic. ducit, ſi placuiſſet, cupide adſenſus fuiſſem. Haud ſcio vero, ſpernine oporteat Arch. Kρ. μὲν νιν ἔθαψε, ὡς εἰκὸς ἦν θάψαι τὸν ἑωυτοῦ παῖδα. Convenit ſcribentis mori abundans illa repetitio, ut VI, 109. IX, 11 &c.

ὁ Γορδίεω) haec usque ad ἑωυτὸν ἐπικατασφα-

φαζει deſunt Arch. Vind. in prioris tamen margine addita ſunt.

Μιδεω) Μηδεω Ald. ex errore librarii, quem errorem repetunt Camer. I & II.

περι) Medic. & Pariſ. unus, e quo Gronovius iure recepit. παρα alii cum Aldo.

ηειδε) Medic. cum Pariſ. Arch. Gronov. id recepit. ηδεε Steph. II margo, vulgo cum Aldo ειδε. Et περι & ηειδε ſervavit Weſſeling. poſterius ob Homeri Iliad. X, 280 & Odyſſ. I, 205. Illud quoniam ſententiae reique ordini melius congruit. Non bene ipſi apta nexaque videntur παρα το σημα — ἑωυτον επικατασφαζει τω τυμβω. Ita enim δὶς ταυτον. Verum, addit, in frequentiſſima harum praepoſitionum commutatione ſuum cuique, ſine acerbitate tamen, iudicium eſſe debet.

ad Cap. XLVI.

εν πενθεϊ) in Arch. & Vindob. επενθει neglectis quinque ſequentibus, male.

μετα δε ἡ Αϛυαγεος) poſt μετα δε comma habet Ald. Camer. I & II. Αϛυαγεω Arch. quod melius fortaſſe, Weſſeling. putat, quo ille modo plerumque ſemper, rarius Ask. & Vindob. ſemel Aldus I, 111, quod ex Medic. Αϛυαγεος conſtanter edente, mutatum fuit. Ego, addit, Ionum conſuetudini, cui Κυαξαρεω, Καμβυσεω & huius formae plura debentur, adſcribo. Poſt απεπαυσε comma habet Ald. Camer. I & II.

ει κως) εικως una voce Ald. Camer. I & II, quae & comma poſt δυναιτο omittunt.

περιν

πριν μεγαλυς γενεσθαι) *πριν μεγαλως αυξηθηναι τυς* Π. Remig. & margo Steph. I

καταλαβειν) ſic Medic. Arch. Pariſ. alii cum Aldo *καταβαλειν*. Male Gronovius audit ob Medic. *καταλαβειν* probatum, quod tamen aliae ſchedae ratum habent, atque opportunum eſt. Nondum id animo rex verſabat, ut gliſcentem Perſarum potentiam opprimeret ac prorſus everteret: acciſam & coercitam deſiderabat. Itaque legatis, ut ſciſcitarentur, iniunxit, *ει ϛρατευηται επι Περσας και ει τινα ϛρατον ανδρων προσθεοιτο an in Perſas expeditionem ſuſciperet & aliquem virorum exercitum adſciſceret* c. 53. Quod utique omnibus in more eſt, qui ex aucto vicinorum & magis creſcente imperio rebus ſuis formidant, ut bene S. Pufendorf. VIII, 6, 5. Jur. Nat. & Gent. Ut vero intellexit ex oraculo, in fatis ſibi eſſe, *μεγαλην αρχην καταλυσαι*, tum demum cupido inceſſit & ſpes evertendi Perſarum Cyrique regni, *καταλυσειν την Κυρυ βασιληιην*. Haec noſter clariſſime. *Καταλαβειν coercendi & compeſcendi* notionem non recuſat. Suidas *κατελαβεν, επελαβεν· επεσχε της ὁρμης* additis Herodoti verbis V, 21, quibus reſpondent III, 36, 52. VII, 9 ne alia adnumerem Confer. Abreſch. Diluc. Thucyd. p. 509. *Weſſeling*. Legeſis & Horrei Obſerv. Herod. C. 12. p. 96.

ταυτην) poſt hanc vocem & *μαντηιων* comma ponit Ald. eamque repetentes, item poſt *Λιβυη*.

τυ εν Λιβυη) *των εν Λιβυη* Remig. & Steph I ora. poſt *αλλη* punctum habet Ald. Camer. I & II.

II. In Arch. εν Δελφισι. Vind. εν Δελφοισι Ambo vero omittunt omnia, quae ſuccedunt, usque in Cap. 53. Poſt τυς μεν comma, poſt ιεναι punctum in Ald. & hanc repetentibus.

τυς δε ες Αβας τας Φ.) τυς δε, ες Σαβας των Φ. Ald. Camer. I & II, quae poſterior tamen comma poſt τυς δε omiſit. Sic & Steph. I τυς δε ες Αβας των Φ. Steph. II, quae in margine habet τας, ſequitur hanc Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. Vide Paull. Leopard. Emend. VI, 22 των Φοκεων in Pariſ. C. Medic. τας Φ. quod Gronovius, quem Weſſeling. & Reiz. ſequuti ſunt, recepit. Poſt τυς δε, quod ſtatim ſequitur, comma habet Ald. eamque repetentes.

Αμφιαρεων) Αμφιαρεον Ald. Camer. I. II.

Βραγχιδας) Βραχιδας Ald. Camer. I, ex errore typographi.

ες τα) comma hic ponit Ald. Camerar. I & II.

απεςειλε) ſic Ald. & Pariſ. item Camer I, II, Steph. I. II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. Medic. quem ſequi ſolet Gronov. απεςειλε.

πειρεωμενος) Ald. & editi ante Gronov. item Pariſ. B in Medic. πειρωμενος, ſine cauſa, quod Gronov. probavit.

ad Cap. XLVII.

ἑκατοςη) Ald. Camer. I & II, Medic. Pariſ. C, Gronov. ἑκαςος τη in duobus aliis, ſicuti vulgo, inde a Steph. I. ἑκαςον τη. Henr. Steph. vulgatae lectionis faber eſt, parens ſchedis ſuis. Offendit eum, neque immerito, ἑκαςος hac vocum in ſerie; ἑκαςον maluit, nec quidquam de vitio

vitio ſuſpicatus, reiectis prioris interpretis Latinis, vertit, *ſinguli eodem die oraculum conſulerent*, τη ἡμερῃ interpretatus ac ſi eſſet τῃ αυτῃ vel ταυτη ἡμερῃ. Placuit hoc doctis viris, Horreo obſerv. Herod c. 12. Elsnero Schediaſin, crit. c 6 & aliis. At finitus a Rege dies fuit, κυρια των ἡμερεων c 46, quo legati omnes, poſtquam Sardibus profecti erant, oracula ſciſcitarentur. Itaque clanculum a Croeſo illis dictum conſtitutumque fuiſſe, ne ad oraculorum praeſides eius notitia manaret, Elsnerus adſeverat, tametſi finitionis eius in ſcriptore & re ipſa veſtigium nullum, vola nulla. Cui enim bono clandeſtina iſta diei determinatio? Satis utique regi erat, ne nuncii, illive, ad quos amandabantur, rei, quam animo agitabat, ſcientiam haberent. A Stephani opinione nonnihil deflectit D. Heinſius, ἑκαςον ιη ἡμερῃ, i. e. *eodem die*, corrigens, monente Jungermanno ad Pollūc. 1, 67. Verum quae ſupra poſita ſunt de conſtituto a rege conſultationis ſignatoque die, & hanc ſuſpicionem urguent, ſicuti quoque Georg. Arnaldi Animadv in Herod. c 29 μιῃ ἡμερῃ. Non addo ιην uſurpaſſe Herodotum nusquam, atque ab eius loquendi more diſcrepare. Lōngius abit Reiskii ἑκαςυ ῥητῃ ἡμερῃ, quaſi ſingulis ſtatutos conſulendi dies fuerit, non, quorſum Noſtri oratio pertinet, omnibus unus atque idem. Ρητην ἡμερην ſive κυριην fuiſſe agnoſco, neque improbo Scholiaſten Luciani Jov. Trag. c. 30 εταξεν αυτοις ῥητην ἡμεραν μετα το αφικεσθαι. Sed quotus ille fuerit, in controverſia manet. Gronov. e Medic. ἑκαςος τη ἡμερῃ

ϱῃ χϱηϑαι *quique iſta die oracula uterentur.* Qua quaeſo? Eane, qua legati Sardibus proficiſcebantur? Id quidem, ſi nunciis alas aptaſſet Croeſus, impetrari haud potuit: Soloecum praeterea, ut leniſſime dicam, ἡμεϱολογεοντας — ἑκαϛος — επειϱωτωντας, cui ſimilem bonae notae ſcriptores ſtructuram ignorant. Habet, nec me fugit, vir eximius gemina, uti opinatur, exempla, quae, ſi ſedulo excuſſeris, aliena apparebunt. Abſtineo cum maxime ab ea opera, quod otium mihi fecerit Küſteri diligentia in Clerici Biblioth Vet. & Rec. T. V. p. 396. Küſterus ipſe, Stephani verſionem ſententiamque collaudans, excidiſſe coniicit notam numeralem Κ vel Λ, aut aliam quamvis, qua Herodotus την κυϱιην των ἡμεϱεων deſignaverit; cui facile adſtipulor in numerato die & clare a rege expreſſo: miror tamen, neque eum nec quemquam, quod ſciam, praeter St. Berglerum in Herodoteis illum animadvertiſſe. Aldi, Medic. Pariſ. C ἑκαϛος τη ἡμεϱη χϱηϑαι ſignant adnumeratum diem liquidiſſime, modo una omiſſa littera ἑκατοϛη ἡμεϱη *centeſima die* reponatur. Haec κυϱιη των ἡμεϱεων, qua legati Deorum ingrederentur templa, Croeſus culinam. Ἑκατοϛην dixiſſe & ſtatuiſſe videtur, quod eorum alii in Graeciae ultimos fines, alii in intimas Lybiae arenas oraculorum cauſa penetrare deberent. Utut illud fuit, gloriam inſtaurati feliciterque ſanati loci Steph. Berglerus aufert. Vid. Act. Lipſ. anni 1716. p. 421. *Weſſeling.* Probant hanc Berglerianam emendationem & Abbas Geinoz. in Memor. Acad. Inſcr. T. 23. Hiſt.

Hiſtor. p. 114, & Bellaugerius, Larcheriusque. Poſt χρηςηριοισι abeſt comma in Ald. eamque repetentibus.

επειρωτεοντας) επηρωτεοντας Ald. Camer. I II, Steph. I. II. Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. επειρωτωντας Medic. & Gronov. Weſſelingius maluit επειρωτεοντας, quod cum Reizio praetulimus.

τυγχανοι) hoc e Medic. iure recepit Gronov. quem cum Weſſeling. & Reizio ſequuti ſumus. Aldus & editi ante Gronov τυγχανει. Poſt συγγραψαμενυς comma habet Ald. & hanc repetentes.

εθεσπισε) Ita Medic. e quo Gronov. id recepit, approbantibus Weſſelingio & Reizio. Vulgo cum Aldo θεσπισαι. Poſt υδαμων comma exſtat in Ald. & qui hanc ſequuntur.

επειρωτεον) επηρωτεον Ald. Camerar. I. II. Steph. I editique omnes ante Gronov. cum Pariſ. C. επειρωτων Medic. & Gronov. ſed recte Weſſeling. noſtrum emendavit, Joniſmo poſtulante. Conf. III, 62. IV, 156.

θαλασσης) punctum hic ponit Ald. Camerar. I. II.

υ φωνευντος) Docta (Weſſelingius ait) Grammaticorum natio uno fere ore και υ λαλεοντος ακυω, Ammonius, Suidas, Euſtathius, atque alii, a Valkenario laudati ad Eranium Philon. p. 170. Conſentit Apollonius in Gloſſis Herodoti apud Etymol p. 552. 7 tum Ariſtides, Oenomaus in Euſebii Praepar. Evangel. & Porphy-

 rius

rius Vit. Plotini c. 22. Scripti Codd. in vulgato adquieſcunt, nec non & lapidis monumentum, Delphis a Cyriaco Anconitano viſum Inſcript. p. 28. Neque ego obluctor. Grammaticorum ȣ *λαλεοντος* ex interpretamento venit.

κρατωιρινοιο) ſic Medic. Remig Pariſ. in Aldo vitio frequenti *κραταιρηνοιο*, quod Cameraria utraque & Steph. I margo reperiere. Vulgo inde a Steph. I *κρατερη εια*. Citatur Orac. a veterum pluribus, ſed varie, Ariſtide T. 2. p. 377 ed. Jebb. Euſebio Praep. Evang. V, 34. Suida in Κροισος &c. — Quum Aldus & Camerarius edidiſſent, Gronovius ad h. l. obſervavit; *κραταιρηνοιο*, neſcio quid ſequutus fuerit Stephanus, ut hac voce in margines expulſa, ita inquinaret contextum, ut adeo ineptum aliquid ſupponeret, quum nihil Herodoto noceret, niſi confuſio literarum *η* & *ι*, quam ſciebat a pronunciatione exſtare. Medic. MS. plene exhibet *κραταιρινοιο*. Quae vox licet ignota Lexicographis Graecis, ſed proba; & ſic legiſſe patrem meum video, qui eam vocem in Lexico Scapulae, ſicut nec Stephanus in Theſauro annotavit, nedum eius compilator appoſuit. Id miror, unde Stephanus arceſſere potuerit centonem adeo inſulſis verbis conſutum, quum haberet ante oculos lectionem Suidae, in quo edebant *Οσμη δ' ες φρενας ηλυθε μοι κρατερινοιο χελωνης*, inſigni quidem ſocordia in metiendis pedibus, ſed bene intellecto ſenſu, quum Aemilius Portus ibi interpretaretur *pellem robuſtam habentis.* In quo eodem Suidae

dae loco iam Hadr. Junius manu ſua correxit perſpicue κραταιρινοιο, & in MS. Lugdu enſi is ipſe verſus ita exhibetur, Οσμη μ' ες Φρενας ηλυθε κρ. proprius ad veram lectionem. Sed primus publice de Herodoti hoc loco bene meritus ſuit Fr. Vigerius, ad Euſebii Praepara. cuius verba haec ſunt: — Ita Herodoti editio Graecolat. H. Stephani; qui e regione huius verſ. annotat; in MS. legi κραταιρηνοιο pro κρατειρη οια. Sane vereor, ut κρατειρος valde ſit in uſu, pro κρατερος, & noſter hic Oenomaus aliquid τε κραταιρηνοιο ſimilius probaſſe viſus eſt. Id fortaſſis erat κραταιρινοιο (nam & Suidas habet κρατερινοιο) ut enim dicunt κραταιγυαλος, κραταιπες & ſimilia, ſic κραταιρινος dici queat, h. e. teſtae durioris, σκληροτερε και ςερροτερε δερματος. Eſt enim ρινος, δερμα, βυρσα, immo & aſpis, ut notum eſt, cui non abſimilis illa teſtudinis domuncula συμφυτος. Audi Homerum Hymn. in Mercur. v. 48, ubi de teſtudine illa novam in citharam a Mercurio conformata Πειρηνας δια νωτα δια ρινοιο χελωνης. Prope eſt, ut legendum putem κραταιρινοιο. Quae enim, aut cuiusmodi eſt illa coniunctio, δια νωτα, δια ρινοιο? — Haec praeclara. Ceterum ſicut ſtupeas in Lexico Aemil. Porti non occurrere vocem κραταιρινος, quum occurrat tum vox οια, tum χελωνη, utrobique hoc ipſo loco memorato, ſed ſine mentione vocis κραταιρινος; tum non minus ſtupe ad abſurditatem Küſteri tunc Cantabrigienſis, hoc eſt, compilationem praecedentium in voce Κροισος (ſed putem potius ſic ſcribendum eſſe: οσμη δ' ες Φρενας ηλθε κραται-

ταιρινοιο χελωνης. Nam *κρατερινοιο*, quod Suidas habet, metro verſus repugnat. Eſt autem *κραταιρινος χελωνη* teſtudo duro vel firmo corio tecta: a *κραταιος* firmus & *ρινος* corium). Quum ante XXX annos illa praecedentia habuerim in promtu, ibi nunc ita commentantur. Poſt centum annos veniet alius Aedituus, qui ſtuprum Muſae inferat. Immo iam antea ſcripſerat Cantabrigiae Th. Gale (Lego *κραταιρινοιο*. Confirmat margo & Suidas in *Κροισος*.) Nempe ibi magnas res agunt hoc modo ſcribentes. — Haec ad h. l. Gronovius, quibus addimus Weſſelingium, *Οδμη* — *κραταιρινοιο χελωνης* Fr. Vigerii & Gronovii praeſidio munita ſatis eſt, ſcribentem. Teſtudo oraculi *κραταιρινος*, ex duriore teſta, *λιθορρινος* Empedocli eſt in Plutarchi Sympoſ. l. p. 618, de quo eius titulo docte Pierſonus Veroſimil. II, 2. Id diſſimulare nefas, inclementius H. Stephanum exagitari. Auctor non fuit ſpretae ſcripturae *κραταιρη οια χελωνης*. Dedit quod in codice repererat, & in marmore Cyriaci legitur. Adde Muratorium Theſaur. T. II. p. 587, 3, ſed memoriae peccato errantem. — *Κρατερηνοιο*, Valkenarius tandem obſervavit, quod nullis machinis tuereris, relictum fuit in Schol. ad Lucian. II, p. 676 licet in iisdem Scholiis p. 637 alterum genuinum legeretur. Quod alibi reperitur *οσμη δ' ες Φρενας ηλυθε μοι·* poſitum a tali videtur, cui fuit ignota vetus & Homerica loquendi ratio, Alcaeo reſtituenda apud Athen. III. p. 85 F. *ιαυνοι σε Φρενας 'α θαλασσια λεπας*. Aeſchyli Perſis v. 161. *και με καρδιαν αμυσσει*

Φρον-

φροντις. Supplic. v. 384. φοβος μ' εχει φρενας. Euripid. Oreſt. v. 606. ωτε μ' αλγησαι φρενας. Grammaticis iſta ſcribendi figura vocatur ὁλον κατα μερος.

κρεισσιν) poſt hanc vocem punctum ponit Ald. eamque repetentes, in quibus & Ἡ pro Ἡι.

χαλκον δ' επιεσαι) In Suidae Κροισος, χαλκος δ' επιεσαι, cui Galeus, Pauw, alii primas dant contra tabulas & marmor. Non ego. Portus ex επιεω ſive επιεννυμι recte propagavit. *Cui teſtudini ſubſtratum quidem aes, verum aes quoque induta eſt*; χαλκεον επιθημα mox appellat. *Weſſeling.*

ad Cap. XLVIII.

αλλοι) ὦλλοι Ald. Camer. I. II. Steph. I. II. Jungerm. Sylb. Frieder. Gale. Gronov. ex quo & Medic. ſic habere intelligimus. Wetſtenius primus αλλοι nulla auctoritate laudata, quem cum Reizio ſequuti ſumus. Poſt ανεπτυσσων comma habent Ald. eamque ſequentes; item poſt ſequens μεν δη, iterumque poſt προσευχετο τε, & τα.

εμηχανησατο) Medic. εμηχανατο, quod longe decentius prae vulgato iudicat Gronov. εμηχανησατο Pariſ. duo & Ald. cum vulg. recte. Ald. eamque ſequentes poſt τοιαδε comma habent, item poſt τα & εξευρειν τε.

χελωνην &c.) Saepe haec Lucianus perſtringit, Jov. Conf. C. 14. Jov. Tragoed. C. 30.

B s accuſ. C. 1 atque alibi. *Weſſeling* Poſt ἐκ Δελφῶν comma habet Ald. & qui ſequuntur.

ad Cap. XLIX.

ἐκτῆσθαι) Ald. Camer. I. II. Steph. I. II. Jungerm. Sylb Frieder Gale. Pariſ. C & alii. κεκτῆσθαι Medic. & Gronov. qui, *Quam quod & hoc Croeſus verax vaticinium ſe nactum eſſe exiſtimavit*, vertunt, inquit. Sed ſodes, an id dicunt Graeca? An quia peregrinus explorans probavit, ideo poteſt dici ἐκτῆσθαι eo ſenſu, quo ſaepiſſime adhiberi ab Herodoto docent exempla in Aem. Porti Lexico collecta? Ubi ſane & hic locus citatur. Omnino Croeſus non poſſidet, non habet hoc oraculum, ut illic vertitur. Tolerabilius eſt Vallae *nanciſci*. Ceterum MS. τοῦτο νενόμιστε & κεκτῆσθαι. Et puto ſcribendum ἢ ὅτι καὶ τοῦτον ἐνόμιστε μ. α. κεκτῆσθαι: hoc eſt, *quam quod & illum* (nempe Amphiaraum) *verax oraculum tenere arbitratus ſit*. Ad quam ſententiam eximie habes 2, 172. ὡς οὐδένος ἐοῦσι ἀξιοῖσι, nempe θεοῖσι, ψευδέα τε μαντήια κεκτημένοισι. Adde ad cap. 95 eiusdem libri. Obſervat Weſſeling Euſtath. in Homer. p. 759, 41. τὸ ΕΚΤΗΣΘΑΙ Ἀττικὸν ἐστὶ καὶ αὐτό, καὶ Ἰωνικὸν δὲ ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως. Itaque non repudiat. Florentinus liber inconſtantia laborat; mutat hic & 155. 170; retinet III, 100. IV, 190 &c. Proxime οὐδὲ γὰρ ὧν οὐδὲ τοῦτο λέγεται, reponit vir doctus οὐδὲ τοῦτο vel οὐδὲ περὶ τούτου. Non ſequitur Weſſeling. λέγειν utraque in forma id locutionis genus non renuit.

ad

ad Cap. L.

μετα δε ταυτα) comma hic poſuit Ald. & qui hanc ſequuntur, item poſt επιχρυσους, & ſequentia diſtinguunt: και κιθωνας νησας, πυρην μ. κατεκαιε,

νησας) νηησας Remig. Fuit in ambiguo Weſſeling. refingeretne νηησας ex S. Remigii ſchedis, ſed praeſtare putavit parco eſſe. περινηησαι enim bis obvium eſt II, 107. Apollon. Rhod. III, 1033. αυτω πυρκαιην' ευ ΝΗΗΣΑΣ & v. 1207 νηησι σχιζας. Adde Euſtath. Homer. p. 741. 59.

ανακτησεσθαι) ſic Medic. Remig. & Gronov. ανακτησασθαι vulgo cum Aldo. Poſt προειπε abeſt comma in editis ante Reiz.

ἐξαπαλαιστα) Medic. & Gronov. ἐξαπαλαστα, τριπαλαστα, & παλαστιαια. ut Pariſ. omnes cum editis & Aldo ἐξαπαλαιστα, τριπαλαιστα, παλαιστιαια. Medicea doctiora putat Gronov. quam ut potuerint noſſe editores. Habuerit, addit, reliqua Graecia diphthongum, certe vel Herodotus ex doctrina, vel ex more patriae, vel alia conſuetudine poteſt illam vitaviſſe. Id docet inaeſtimabilis bonitas codicis Medicei. Sed habuiſſe Noſtrum ex doctrina, vel more patriae aut alia conſuetudine ἐξαπαλαστα &c. fallax ſuſpicio eſt, Weſſelingio cenſente. Των πεδων μεν, ſcribit ipſe lib. II, 149 ΤΕΤΡΑΠΑΛΑΙΣΤΩΝ εοντων, του δε πηχεος ΕΞΑΠΑΛΑΙΣΤΟΝ, nulla codd. diſcordia. Minime tamen παλαστην damnat Weſſeling. Phrynichus, παλαστη

το μετρον και θηλυκως λεγεται και ανευ τȣ ς. Neque neſcit is criticorum veterum contentiones de Homerico τον δε παλαςησασα Odyſſ. α. 252; ſed amat, haberi ſi poſſit, ſcriptionis in Herodoto conſenſionem, idque iure. Poſt ἑπτακαιδεκα comma habet Ald. eamque repetentes, quod omittunt poſt τȣτεων. & poſt χρυσȣ.

απεφθȣ) confer. Etymol. p. 650, 35.

εποιευτο δε) haec citat Priſcian. de Ponderib p. 1347. Vid. Gronov. de Pec. Vet. 1, 3. *Weſſeling*. Poſt ἡμιπλινθιων comma habet Ald. & qui hanc repetunt, idem quoque poſt ἰδρυτο & ἡμιταλαντον.

ad Cap. LI.

Poſt Δελφȣς & χρυσεον commata adſunt in Ald. eamque repetentibus, item poſt ſtatim ſequens των.

μεγαθεϊ) Medic. μεγεθεϊ. Movit controverſiam Gronovius, τω μεγαθεϊ, quod Florentiae μεγεθεϊ reperiatur & hic & alibi: nuſquam ergo Herodotum videri μεγαθος ſcripſiſſe. Aliud viſum Gr. Corintho; το μεγεθος, ait, μεγαθος λεγȣσιν Ιωνες. Ἡροδοτος εν τη δευτερα των ἱςοριων II, 76 προσωπον. — μεγαθος ὁσον κρεξ. Quo tamen loco Arch. μεγεθος. At is hoc in vocabulo varius eſt, ſicuti & Vindob. Saepe hoc, ſaepe illud probatur Μεγαθεα, μεγαθος I, 202. 203. II, 92. III, 107. IV, 52 &c. uterque. Par diſcordia in Remig. & Ask. Retineamus vulgatum, donec aliunde certius adſulgeat. Dictio

ctio ipſa tuta & protecta eſt. Μεγαθεϊ σμικροι II, 74. IV, 52. μικκος γαμακος ετος Ariſtoph. Acharn. v. 909. καλλει καλης. ΜΕΓΓΘΕΪ ΜΕΓΑΛΗΣ, τεχνη σοφης Theoph. in Athen. XII, 2. p. 563. A. *Weſſeling.* Poſt χρυσεος comma ponit Ald. Camer. I. II.

ιννατον) ἑβδομον ore Steph. I & Remig.

Θεοφανιοισι) ſic Medic. ex eaque Gronov. recte, conſentiunt Pariſ. Aldus & vulgo Θεοφανιησι. Dum ſcriberentur, Valnenarius ad h. l. animadvertit, qui ſuperſunt codd Herodotei, notiſſima fuerunt Θεοφανεια. Feſtum Delphicum hoc velut proprio nomine dictum fuiſſe, haud opinor. Fortaſſe ſcripſerat Herodotus Θεοξενιοισι. Delphis Θεοξενια celebrata, quod Caſtellanus & Meurſius ignorarunt, aeſtimare licet e Plutarcho T. II, p. 757. F. & Polemone apud Athen. IX, p. 372. A. utrobique narratis congruit grandis ille Croeſi κρητηρ, quo Delphos hoc die feſto ſcribit uſos Herodotus. — Addit Larcherius, Θεοξενια Delphis in Apollinis honorem celebrata, teſte Pauſania Achaic. ſive lib. 7. c. 27. p. 595 menſemque Delphorum Theoxenium hoc de feſto denominatum videri, Cyriaci Inſcript. p. 31. n. 207 & Faſti Attic. Tom. 2. p. 441. Sed quia Pollus tam Θεοφανιων quam Θεοξενιων mentionem fecit, Onomaſt. lib. 1. c. 1. ſegm. 34. p. 24 codd. Herodotei omnes, qui exſtant & collati ſunt, Θεοφανιων h. l. mentionem faciunt, Valkenario accedere dubitavit vir doctiſſ. nec iniuria. Poſt Δελφοι comma ponit Ald. Camer. I & II, item poſt ειναι & δοκεω.

χρυσεον τε) comma hic habet Ald. Camer. I & II, quae id itidem ponunt poſt των, ſed omittunt poſt Λακεδαιμονιων, & ponunt poſt αναθημα.

χαριζεσθαι) e Medic. Gronov. hoc recepit. Editi omnes χαρισασθαι & poſt ſequens τε comma habet Ald. & qui hanc repetunt; item poſt εςι.

τετοισι ο Κροισος) Articulum omittit Ald. Camer. I. II, in ceteris a Steph. I adeſt. Poſt κυκλοτερεα comma exſtat in Ald. Camer. I & II, item poſt το & γυναικος.

ad Cap. LII.

Poſt αρετην comma exſtat in Ald. Camer. I II. quod poſt παν omiſſum, inſertum autem poſt ὁμοιως.

το ξυςον) ſic e Medic. Gronov. approbante Weſſeling. & Reiz. Alii cum Aldo και το ξυςον. Poſt τα Ald. & eam repetentes comma habent, & και poſt ετι omittunt edito ante Gronovium, qui e Medic. id iure inſeruit.

εν Θηβησι) ει Θηκησι Steph. I margo. — το ξυςον τησι λογχησι ε. c. χρυσεον ex Medic. iure inſtauratum, belleque explicitum eſt. λογχη haſtae ſpiculum eſt Noſter VII, 69 Αιχμας ειχον, επι δε κερας δορκαδος επην οξυ, πεποιημενον τροπον λογχης, & c. 77 ειχον — αιχμας σμικρας, λογχαι δε επησαν μεγαλαι. Quae his ferme gemina ſunt. Mitto itaque Bacchylidae εγχεα λογχωτα ex Stobaei Serm. LIII. p. 367. Strabonis-

boniſque ακοντιον λελογχωμενον σιδηρῳ μικρῳ L. 3 p. 255. B Potius erit inquirere, iurene C. Barthius ad Papin. Statii Thebaid I, 399 p 157 repoſuerit, κειμενα εν θηκητι Θηβαιων εν τω νηω τȣ Ισμηνιȣ Απολλωνος. Habet ex Steph margine θηκησι, opinatus, ubi arbitror, τας θηκας theſauros rerumque ſacrarum eſſe faviſſas: hinc copula exulare quoque debuit. Non laudo. Aliud veteribus θηκη. Chryſothenis patris Agamemnonis loculum buſtumque θηκην πατρος in Sophocl. Electra 899 memorat: frequens Noſtro θαψαι εν ἱρησι θηκησι II, 67. 69 Dabit etiam την θηκην τȣ Ορεστεω I, 67, quam σορον loculum interpretatur. Cultius Reiskii και Θηβεων, etſi non diſtricte neceſſarium: paſſim ſcribentium audientiumque peccato Θηβαιων receptum, ubi Θηβεων verius fuerat. Vide II, 9. *Weſſeling.*

ad Cap. LIII.

τοισι δε) In Vindob. & Arch. haec ſuperioribus cap. 46 ita nectuntur, τοισι δε πεμπομενοισι κηρυξι μετα δωρων τοιαυτα ενετελλετο επειρωταν ει &c.

προσθεαιτο) Medic. Vindob. Arch. Remig. Ald. Camer. I. II & Gronov. Vulgo a Steph. ιι προσθεηται.

απικομενοι) απικοντο Arch. Vindob.

απεπεμφθησαν οἱ Λυδοι) επεμφθησαν οἱ κηρυκες. Iidem.

εχρεωντο) και εχρεον Iidem, ſed male.

επερωτα) comma abeſt in Ald eamque re-

pe-

petentibus, & punctum interrogationis loco ponitur poſt *συμμαχον*, ſicuti comma poſt *οἱ μεν.*

προσθεοιτο) omnes ita, quos ſupra in hoc verbo notavi, editi inde a Steph. I *προσθηνται*.

επειρωτεον) ſic vulgo. *επηρωτων* Arch. *επειρωτων* Medic. ex eoque Gronov. Poſt Κροισω abeſt comma in Ald. eamque ſeqq.

καταλυσαι) Debetur Med. Arch. Vindob. Remig. Alii cum Aldo *καταλυσειν*; quod ſedem tueri poſſe Weſſelingius monuit, ſicuti c. 91, ni Codd placuiſſet aliud; neque illi tamen hoc in genere ſibi conſtant, ſaepiſſime in dubium vocantes, quid ſcriptor ipſemet voluerit.

ad Cap. LIV.

παγχυ) *ταχυ* Arch. & Vindob.

πεμψας αυτις — ενεφορεετο αυτυ) haec negligunt Arch. & Vindob. Poſt Πυθω comma abeſt & poſt Δελφυς adeſt in Ald. eamque repetent. male. Gronovius primus locum recte diſtinctum edidit, ſed diu ante eum interpretis prioris lapſu damnato locum expediverat Lamb. Bos. Obſ. crit. c. 2. In Ald. Camer. I & II comma poſt *δωρεεται* omiſſum; & *ςατηρσι* additum *ν εφελκυςικον*. Poſt *προμαντηιην* comma exſtat in Ald. eamque repet.

ατελιηλιην) ſic Reizium ſequuti edidimus, ſermonis indole, uti Valkenarius & Weſſelingius iam monuerant, poſtulante. Weſſelingius ex Medic. & Remig. Gronovium ſequutus ediderat *ατελειην*. Aldus & editi ante Gronov.

αγ-

αγγελιην. Stephanus in II Vallam ατελιην legiſſe animadvertit. Diſputatur, Weſſeling inquit, utrumnam Valla ατελειην ſive ατελιην, quod H. Stephanus adſeveravit, hic legerit, idque eius ex Latinis cognoſci queat? De Valla ceſſare lis debet, defuerunt enim, uti ſupra iam ſignificaverat Weſſelingius, eius libro eadem omnia, quibus MSS. plures defectos eſſe iudicavit. Prioris igitur interpretis, ſive is Pet. Phoenix, ſeu Conr. Heresbachius fuerit, res enim liquida non eſt, Latina fuerunt, *Delphi viciſſim Croeſo Lydisque donarunt primas in conſulendo oraculo partes, primumque in ſedendo locum, atque IMMUNITATEM & eius perpetuum cuique* &c. Quae ατελειην, etſi vocabulum ſedem migraverit, vertiſſe eum clamant, atque ex coniectura quidem: nam de membranis apud utrumque ſilentium. Lectio ipſa dubio caret, demirorque Corn. de Pauw προμαντηιην και προαγγελιην repoſuiſſe. Delphorum in hoc genere gratum erga bene de oraculo meritos animum teſtantur formulae complures. Haec *Weſſeling.*

ad Cap. LV.

επειρωτα δε ταδε) Vindob. & Arch. και δη και εις Δελφους χρηστηριαζομενος επηρωτα.

πολυχρονιος) πουλυχρονιος Ald. Camer. I. II.

χρα) χραται Arch. male.

αλλ' όταν) Habet reſponſum Dio Chryſoſt. Or. XIII. p. 220. *Weſſel.*

ποδαβρε) comma hic, & poſt φευγειν habent Ald. Camer. I. II.

πο-

πολυψηφιδα παρ' Ἑρμον) Eſt in Platone VIII de rep. p. 566. De tono vocis πολυψηφιδα diſquirit Euſtath. Hom. p. 26, 35 & 1473. 53 atque utrobique πολυψ. παρ' ἑρμον φευγειν· qu ſi fuga ad navium ſtationes commendaretur. Nihil ſimile MSS. Hermi quoque opportuna mentio. Vid. c. 80. *Weſſel.*

μηδ' αιδεεσθαι κακος ειναι) Clauſula in Athen. lib. 14. p. 630 & Euſeb. Praep. Evang. V, 24, ubi μηδε δεεσθαι κακόν ειναι, prave. *Weſſel.*

ad Cap. LVI.

ουδαμα) ουδαμη Arch.

βασιλευσειν) Arch. Medic. Vindob. Gronov. Vulgo cum Aldo βασιλευειν.

παυσεσθαι) παυσασθαι Ald. eamque repetent., quae & comma habent poſt ταυτα & ἱϛορεων τους.

αν Ἑλληνων) Deſit αν Arch.

προσκτησαιτο) προσκτησαι Arch. perperam. Poſt Λακεδαιμονιους comma habent Ald. eiusque ſectatores.

ταυτα γαρ ην) Ingens orditur in Vindob & Arch. Vallaque hiatus ad principium cap. 69 usque; idem in tribus Vaticanis. Hiatus huius cauſa a doctiſſimo inter Italos viro in ſcholio quaeritur: neque enim hanc diſputationem Herodoti eſſe putat: ſed antiquum ſcholiaſten nimia ſedulitate adſcripſiſſe ſuo exemplari, hinc illis abeſſe libris, his adeſſe. Non placet Weſſelingio commentum. Herodoto Dionyſius, Strabo, Plutarchus, Stephanus Byz. Athenaeus,

us, ut Gramaticos praetereat, diſquiſitionem iſtam conſtanter adiudicant, eſtque doctior multo quam pro ſcholiaſtae ingenio. Neglecta a librariis videtur Weſſelingio, ut ſuaviſſima rerum Croeſi narratio leniſſime decurreret, a que inter ſe aptior cohaereret Habetur adfine lacunae exemplum c. 131. Poſt πελασγικον comma, coli loco habet Ald. Camer. I & II.

πελυπλανητον) Steph Byz. in Δωριον Bibl. Coisl. p. 288 in uſus ſuos depoſuit το δε πολυπλανητον &c. mutata plerumque dialecto. *Weſſel.* Poſt βασιληος comma habent Ald. Camer. I. II.

Οσσαν) Ald. Camer. I. II. Medic. Ωσσην vulgo a Steph. I noſtrum reſtituit Gronov. Poſt Ἱσιαιωτιδος comma ponit Ald. Camer. I & II.

Μακεδνον) habet hinc Steph. in Μακεδνον. Sed errans, non enim loci, ſed gentis nomen eſt. Vide VIII, 43 & Salmaſii Ling. Hellen. p. 277 *Weſſeling.* Poſt μετεβη punctum exſtat apud Ald. Camer. I. II.

ad Cap. LVII.

ει δε χρεων) ει δε abeſt in Ald. & Camerar. utraque, nec indicatur, unde fuerint addita in editionibus Stephani, ſed neglecta in verſione eius. Sed debent addi, & ſunt in MSS. Torſit haec noſtri diſputatio doctiſſimorum virorum ingenia. H. Stephani & Philippi Cluverii in arbitraria vocum transpoſitione audaciam, cui imprudenter adſtipulatur Buherius Diſſert. Herod. c. 9. p. 109 recte compeſcuerunt Gronovius

novius & Geinozius Sunt quoque ſpectabiles & temerariae Maffei in Origg. Etruſc. Hiſtor. diplom p. 242 machinationes Interpunctio loci turbas dedit, cuius, uti opinor, haec genuina ſententia. De barbaro Pelasgorum ſermone coniecturam, ſi fas ſit, ſumi poſſe ex eorum reliquiis, Creſtonem ſupra Tyrrhenos incolentibus, qui quondam Doribus, Theſſaliam tum temporis habitantibus fuerant finitimi. Haec aperta cuivis. De Creſtone & Tyrrhenis dubitatur. Reiskio probabile non fit, Pelasgos adeo fuiſſe evagatos, ut derepente ex Graeciae oris in Etruriam transmiſerint; nedum Herodotum eam rem ſic nude fuiſſe elocuturum: nusquam praeterea tota Italia urbem Creſtonem inveniri. Itaque Τυρσηνῶν loco Γυρτωνην reponendam, ſupra quam Macedoniae urbem Creſtonica Thraciae regio fuit; cui quidem ſuſpicioni, MSS. nihil iuvantibus, tamquam nimiae, non adſurgo. Mihi Creſton & regio Creſtonica viſa olim fuit ſatis hic opportuna. Tyrrheni, Pelasgicae gentis propago, Lemnum olim Imbrumque inſederunt, occuparunt dein varia Cherſoneſi atque ad Helleſpontum loca, tum ad montem Atho, teſtibus Thucydide lib. 4, 109 & Conone XLI. Supra hos in Thraciae finibus natio fuit Creſtonica, forſan & urbs Creſton, Thucydidis aetate paene barbara & διγλωσσος, cuius & Noſter VII, 124. VIII, 116 meminit. Quae cum bene ſe habeant, poſſunt pro veris putari Quoniam tamen Tyrrhenos Etruriae paſſim Herodotus memorat, non intercedam valde, ſi ex Dionyſii au-

auctoritate Corton ſeu Cortona Etruriae intelligatur, modo ne Κρηςωνα πολιν moveant. — Haec *Weſſeling.* cum quo Larcherius ad h. l. conferendus. Poſt Πελασγων abeſt comma in Ald. Camer. I & II, & puncti loco comma poſitum eſt poſt καλεομενην, quod & poſt πλακιην τε exſtat.

και την πλακιην) Jungit haec artiſſime Corn. de Pauw praecedentibus, omnia ab οικεον δε usque in μετεβαλε parentheſi includens: par Reiskii ſententia, ſed poſt Σκυλακην terminum parentheſi ſtatuentis. Quomodo barbari Pelasgorum ſermonis in Placianis nullum argumentum, quod ſequentia manifeſto poſtulant. Arbitror articulum deeſſe, adſciſcendum certe ad verborum ſtructuram, και των την πλακιην, *& ex illis Pelasgorum, qui Placiam & Scylacem in Helleſponto condiderunt, & quae alia Pelasgica oppida ſunt, quae nomen mutarunt:* his interſeritur, iſtos ex eo Pelasgorum numero eſſe, qui Athenienſibus olim adfines fuerunt, de quibus VI. 137 ſicuti de oppidis iſtis Thucyd. IV. 109. Et haec plana videntur. *Weſſeling.*

οικισαντων) Sic cum Reizio edidi, vulgo cum Aldo οικησαντων, quod & Weſſeling. retinuit, qui tamen in notis cum Corn. de Pauw οικισαντων praetulit, & cauſam dabit Mela, inquit, I. 16 *Poſt, Placia & Scylace, parvae Pelasgorum COLONIAE, quibus a tergo imminet mons Olympus.* Quid nunc, addit Weſſeling, facies Maſſeio, Placiam urbem ad Helleſpontum Propontidemque nusquam fuiſſe adfirmante? Noſtri verba Scholion aut redolere, quod fuerit και την πακτυην κατα Σκυ-

λακα & *Paƈtyeri ſecundum Sylacem*, ſcriptorem videlicet Peripli, aut in Placianis latere Picenos. Praeclarius, addit, de Herodoteis meritus eſt Geinoz, mihi in plerisque conſentaneus, T. 16. Comment. Acad. Inſcr. p. 62. conf. & Larcherius ad h. l. Weſſelingio adſentiens.

ει τετεισι) εν τετοισι Ald. & Camer. utraque.

τοιετον το Πελασγικον, το Αττικον εθνος εον) In Ald. & Camer. I & II ſic leguntur: τοιετον, το Πελασγικον εθνος το Αττικον εον Πελασγικον αμα. Poſt και γαρ δη comma habent Ald. & Camer. I & II.

οἱ Κρηςωνιηται) Citat Dionyſ. Ant. I. p. 23. *Weſſel.* Poſt σφισι δε comma abeſt in Ald. & Camer. I & II.

ὁτι τον ενειχαντο) ſic cum Reizio edidimus. Vulgo cum Aldo ενειχαντο, Aldusque & Camer. I & II, poſt ὁτι τον comma habent.

ad Cap. LVIII.

Poſt Ἑλληνικον comma exſtat in Ald. & Camer. I & II, quod abeſt poſt γλωσση μεν.

διαχρεαται) ſic Medic. & Pariſ. e quo priore Gronov. recepit. In aliis Aldinum χρεεται. Poſt Πελασγικε comma omiſit Ald. & Camerar. I. II.

ασθενες) ασφενες Ald. Camer. I & II.

τεο) ſic Ald. Camer. I & II. Medic Pariſ. Gronov. Vulgo a Steph. I. τεως.

ὁρμεωμενον) ſic cum Aldo plures, idque recte, ὁρμωμενον Medic. ſine cauſa, approbante tamen Gronovio. Poſt πληθος exſtat comma in Ald.

Ald. & Camer. I & II, quod abeſt poſt πολλων, ſed ponitur poſt ſequens αυτω.

και αλλων εθνεων βαρβ.) Delendam εθνεων vocem Corn. de Pauw cenſuit: ſine cauſa Paſſim εθνεα βαρβαρα in hoc ſcriptore; vocabuli iterationi punctione ſuccurſum eſt. *Weſſel.*

προς δη ων) ſic e Medic. Gronov. ὡς δη ὡν Ald. & alii. Poſt δοκεει comma habet Ald. Camer. I & II. Reiskius προς ὡν δη aut προς δη ὡν, *a quibus nempe mibi videtur.*

ad Cap LIX.

Poſt εθνεων comma habent Ald & Camer. I. II, item poſt διεσπασμενον.

και διεσπασμενον) hoc in και δεσποσυνομενον mutatum voluit Henr. Steph. in Proleg. p. 739. edit. Gronov. Satis audacter iudice Weſſelingio Δεσποσυνος enim, adnotante Weſſelingio, & δεσποσυνη Graecorum uſu valent; at quis δεσποσυνεσθαι dixit adhibuitque? Rectum eſt κατεχομενον τε και διεσπασμενον. Namque & Piſiſtrati dominatione continebantur premebanturque Athenienſes, ut divulſi in partes erant, Alcmaeonidæs, & quotquot eiusdem erant factionis, domo profugis, ut docetur c 64. & V 62, conf. & Larcherius ad h. l. Poſt εμπλεοι comma habent Ald. & Cam.

χιλων) Medic. adſentitur Aldus cum Camer. I & II. χειλων in editis inde a Steph. I.

συνεβουλευεν) Ald. & Camer. I & II, Steph I & ſeqq. Medic. συνεβουλευε quod probavit more ſuo Gronov.

que profeſſus fuit literarum transpoſitionem, quae ferri poſſit. Similis I, 185 & VI, 14 in ſchedis Vindob. & Askew. an tolerari poſſit, non definio. *Weſſeling.*

αυτεων) αυτων Arch. Askew. Medic. ex eaque Gronov.

προς τες) Vindob. Remig. Askew. Medic. alii παρα cum Aldo. Sententiae quidem nihil intereſt, Gronovius ait, quin hoc pro Herodoteo cedat: adeo multa exempla huius praepoſitionis παρα congeſſit Portus, & in iis quoque hunc ipſum locum, ut omnia liquida videantur. Attamen optimus MS. προς τες Περσας, quod reiici non debuit. Poſt οἱ δε & πλειςοι & τε commata ſunt in Ald. & hanc repetentibus.

ad Cap. CXXVIII.

Poſt εδη comma abeſt in Ald. Camer. I. II, & poſt τω Κυρω commatis loco punctum in iisdem invenitur.

εδ' ὡς) ε δ' ὡς Ald. & qui hanc repetunt.

ανεγνωσαν) Habent Thom. Mag. & Suid. in αναγινωσκω. Adde Suid. in μετειναι, ubi Scholion; & vide viros eruditos ad Thomam. *Weſſel.*

μετειναι) μη κτειναι legendum arbitratur Galeus in praefat.

Poſt αςει abeſt comma in Ald. & hanc repetentibus, quod poſitum poſt νεες τε.

εσεωθη) ἐσωθη Arch. ἐσωθη Askew.

εζωγρηθη) punctum hic poſuit Ald. & comma poſt και τες & Μηδων, quod idem faciunt, qui Ald. repetunt.

ad

ad Cap. CXXIX.

τω Αςυαγεϊ) *Αςυαγη* Arch. ſui moris tenax, comma poſt hanc vocem inſerunt Ald. Camer. l. II, item poſt ſequens *τε.*

και δη και ειρητο μιν — ὁτι ειη) Coniecturam ſuper hoc loco proponam, quae forte partem dabit ſincerae lectionis. Corrigebam: *και δη και ειρετο μιν προς* ΤΟ *ἑωυτου δειπνον*, ΤΩ, *μιν εκεινος σαρξι του παιδος ειθοι*ΝΗ*σε, ει τι ἡσθειη* ΤΗι ΕΞ *εκεινου δουλοσυνη αντι της βασιληΐης*: *interrogabat illum praeterea propter epulas, quibus ipſum filii mactati carnibus exceperat, numquid delectaretur illius orta ſervitute regni loco.* Primum ad iſta quadrat Aſtyagis reſponſum: *ει ἑωυτου ποιεεται το Κυρου εργον*; Praeterea quod reponendum ſuſpicor, atque in *ὁτι ειη* degeneraſſe, *ει τι ἡσθειη*, nititur illud ſupra narratis, c. 119. p. 50. 13 ubi, cum inſcius filii membra devoraſſet Harpagus, *Αςυαγης ειρετο μιν, ει ἡσθειη τι τη θοινη*: acerbiſſimum dictum hic Harpagus, ſi vera ſuſpicor, in auctorem retorſit. Propter iſta poſuit hic, ni fallor, *εθοινησε*, pro *ευωχησε*, vel *εδαισε*. Harpagus infra c. 162 memoratur, *τον Αςυαγης ανομω τραπεζη εδαισε.* Haec *Valkenar.* Defluxiſſe atque excidiſſe hinc aliquid, Reiskii opinio quoque eſt: videri Herodotum ſcripſiſſe: *Interrogabat Harpagus Aſtyagen adiurans per illas dapes*, *προς του δειπνου*, *quas ipſi olim devorandas propoſuerat*, ſui filii carnes, *εθοινισε*, *ει πιςευει ὁτι οἱ ειη ἡ εκεινου — crederetne ipſius captivitatem ſibi regnum valere, aeque gratam eſſe, quam ſi regnum accepiſſet.* Haec ille. Equidem doctiſſimorum virorum amplector conatus, & ſtudium probo, nec pa-

ria facio. Refert Noſter VI, 67. Leutychidem Spartanum, miſſo ſervulo *επι γελωτι τε και λασθη* deridendi & inſultandi cauſſa, rogaſſe *τον Δημαρητον ὁκοιον τι ειη το αρχειν μεγα το βασιλευειν*; qualis eſſet ea praefectura poſt regnum? Idem Leutychidae & Harpagi conſilium, nec interrogatio diſpar, modo *ὁ, τι*, voce diſſecta, legas. Ille Demaritum, regno deiectum, ob praefecturam, hic Aſtyagem, itidem everſum regno, de ſervili conditione, aeque ac ille iniurias, interrogat, qualis illa prae regno videatur? Quae quidem acerbiſſima exprobratio & vere *θυμαλγης* praeſertim abs adminiſtri ore progreſſa. Haec *Weſſeling.* Correctionem Weſſelingii, a Reizio probatam, confirmat cod. Reg. A. apud Larcher. ſine dubio igitur recipienda.

Poſt *προσιδων* comma inſerit Ald. Camerar. I. II.

γραψαι, το πρηγμα δη) Medic. Askew. qui *δη* ſervat. *γραψας, το* tum *δη πρ*· Arch. vulgo *γραψαι και το πρηγμα δη* cum Aldo, Medic. *δη* omiſit, probante Gronov. qui obſervavit, copulam in principio turbare, &, ut videtur, derivatam ex poſtrema ſyllaba praecedentis verbi *γραψαι*, ut recte non appareat in optimo MS. & debeat tolli; hac & particula *δη* omiſſa integerrimum eſſe ſermonem.

ει δη δι' ἑωυτε γε) *ειγε δι'* Arch. Medic. Ask. *γε* interponunt poſt *ἑωυτε*, probante Gronov. Alii cum Aldo prorſus ignorant. Poſt *εἱνεκε* comma inſerit Ald. Camer. I. II.

δεον)

δεον) Medic. Askew. probantibus Gronov. Weſſel. & Reiz. In Edd. & Aldo. *δειν*. Poſt *το αγαθον* comma in Ald. Camer. I. II, quod omiſſum in iisdem poſt *Μηδες μεν*.

δεσποτεών) *δεσποτων* Arch.

ad Cap. CXXX.

πεντε και τριηκοντα) Literae Є & Θ quia facillime potuerunt inter ſe commutari, pro E, ſive *πεντε*, corrigendum arbitror Θ, id eſt *εννεα* — Paullo poſt Medi dicuntur imperium *της ανω Ἁλυος ποταμε Ασιης* per annos tenuiſſe 128, *παρεξ η όσον οἱ Σκυθαι ηρχον*. Scythae *της ανω Ασιης ηρξαν ετεα δυων δεοντα τριηκοντα*, L. IV. c. 1 & L. I. c. 106. Vel ex horum locorum priore manifeſtum eſt, de ſumma annorum 128 hos 28 detrahendos eſſe: firmat illud uſus vocularum *παρεξ η όσον*, ſimiliumve Herodoteus: L. II. c. 32. p. 100, 23. *πλην όσον*. L. II. c. 77. p. 117, 19. *χωρις η όκοσοι σφι ἱροι αποδεδεχαται*. c. 111. p. 128, 28. *πλην η της τω ερω νιψαμενος ανεβλεψε*. L. IV. c. 82. p. 249, 1. *χωρις η ότι* L. VI. c. 5. p. 333, 34. *πλην η όσοι*. — Reliqui itaque ſunt anni duntaxat 100, non imperii Medorum; (anni enim eſſent 153) ſed imperii Medorum *της ανω Ασιης*, ſive *της ανω Ἁλυος ποταμε Ασιης*. Flumen *Halys* Medorum Lydorumque imperii fuit limes, Herod. L. I. c. 72. Diſtinguit Herod. *της Ασιης τα κατω*, & *τα ανω αυτης*, p. 28. 48, & p. 71. 29. 30. Atque ita paſſim alii. *Aſia maritima* eſt *ἡ κατω Ασια*. Quod Dion Chryſoſt. p. 566. A. Ageſilaum dicit *κρατησαντα πασης της κατω Ασιας*· dixerat de eodem

dem imperatore Iſocrates p. 70. D. της εντος Ἁλυος χωρας ἁπασης εκρατησε. Croeſo devicto primus Cyrus ἀτω πασης της Ἀσιης ηρξε. Herod. L. I p. 130. Aſſyrii ſecundum Herod. L. I. c. 95 per annos 520 imperium tenuerunt της ανω Ασιης. Ab Aſſyriis primi defecerunt Medi, nec tamen hi ſucceſſerunt in dominationem Aſſyriorum; ne regem quidem nacti Deiocem. Hic, ſola Media contentus, de ſubiugandis Aſſyriis ne cogitavit quidem Non itaque, hoc regnante, dici potuerunt Medi αρξαι της ανω Ασιης, atque adeo anni 53, per quos regnaſſe dicitur Deioces, hic mea quidem opinione prorſus in cenſum venire nequeunt. Hoc conſtituto, facillimus erit annorum 100 computus. Deiocis filius Phraortes, imperio paterno non contentus, (L. I. c. 102) primum Perſas aggreſſus ſibi ſubiecit; deinceps κατεστρεφετο την Ασιην, απ' αλλε επ' αλλο ιων εθνος. Itaque ſub Phraorte dici potuere Medi ſuperioris Aſiae obtinuiſſe imperium: regnavit is per annos 22. Si anno imperii ſecundo ſibi ſubiecit Perſas ceteraſque ſuperioris Aſiae gentes, exceptis Aſſyriis, Phraortis anni numerandi ſunt — — — — 21.

Cyaxares Aſſyrios etiam devicit, atque adeo hic primus eſt, ὁ την Ἁλυος ποταμε ανω Ασιην πασαν συστησας ἑωυτω· Herod. I. c. 103. Hoc vivente, per annos 28 penes Scythas ſumma fuit imperii. Cyaxares moritur (cap. 106) βασιλευσας τεσσερακοντα ετεα, συν τοισι Σκυθαι ηρξαν — 40.

Aſtyages noſtris in exemplaribus per annos

61.
nos regnaſſe dicitur 35; ſi vera eſt conjectura ſupra propoſita, anni fuerunt — 39.
Atque adeo anni Medorum iſtius imperii fuere — — — — 100.

Si Scytharum anni 28 de 40 Cyaxaris fuiſſent detrahendi, dixiſſet, opinor, Herodotus (p. 44, 36) βασιλευσας τεσσεραχοντα ετεα, εν τοισι Σκυθαι ηρξαν. Sic loquitur L. II. c. 128 ταυτα ἐξ τε και ἑκατον λογιζονται ετεα, εν τοισι. — Alterum, συν τοισι, monſtrare videtur, regnaſſe quidem Cyaxarem per annos 40, non ante tamen mortuum, quam a Scythis per tot annos occupatum recuperaſſet imperium. Tam diu vitam protraxiſſe Cyaxarem, nihil eſt cur miremur; ſiquidem avus Deioces per annos regnaverit in Media 53, quum regnum ipſi fuit delatum, iam aetatis maturae, & ανηρ σοφος, L. I. c. 96. 97. Reges μακροβιους & recentior hiſtoria praebet & vetus. Haec ad hunc loc. *Valkenar.* cuius argumentis calculum noſtrum adiicere vix dubitamus, veriſſimamque eius eſſe coniecturam putamus Addere tamen placet, quae hunc ad loc. *Weſſelingius* obſervavit & *Larcherius.* Spectatiſſima, prior inquit, exſtat eruditorum hominum ad h. l. opera: vix ullus, qui antiqui temporis rationes iniit, atque Aſſyriorum, Medorum, & Perſarum imperii principia ac ambitum finivit, eum neglectui habuit, ut paene indigner tanto ſilentio in noviſſima editione (Gronov) fuiſſe transmiſſum. Agam paucis: *Herm. Conringio* anni Medorum principatus a primordio his verbis terminantur: creſcunt

cunt illi, additis 28 Scytharum dominationis in numerum 156. Cum vero Deioces regnavit annos 53, Phraortes 22, Cyaxares 40, Aſtyages 35, qui anni collecti tantum ſunt 150, neceſſum eſt, 6 reliqui fuerint αβασιλευτοι. *Adverſar. Chronol.* c. 3. p. 148. Elegans ea explicatio & tanto commodior, quod nullam vim *Noſtri* inferat orationi, a qua alii ſibi haud temperarunt, naevos in numerorum notis veſtigantes. *Jo. Harduinus* annis 28, quibus Scythae Aſiae imperaverunt, ſenos abſcindit Chronol. V. Teſt. p. 549. adplaudente *Schroeero* Hiſt. Aſſyr. ſect. 4. p. 247. Id vero vetat Herodotus & temeritatis damnat, illos 28 annos toties, ſine variatione repetens I, 106. IV, 1. *Vignolius*, cui iſta deſplicuit violentia, ut 156 anni rotundentur, Deiocis regni intervallum adauget, additis liberaliter 6 annis, Chronolog. lib. 4. 5. p. 237. Praeſes *Buberius*, ne quid illi concederet, vitium ſcrutatur in ſpatio, quod Phraortes regnando abſolvit, c. 102. Scriptum ibi fuiſſe αρξας ετεα οκτω τε και εικοσι non, uti omnibus in membranis ετεα δυο τε και εικοσι Diſſert. Herod. c. 4. Tot turbas atque aeſtus cierunt anni 6. Conringiani αβασιλευτοι, quos utique, ſi plauſibilis ea fuerit opinio, uti viſa haud paucis eſt, non reſpuit αναρχια Medorum ante Deiocem deſignatum regem. Ecce aliud: necdum enim hi fluctus poſuerunt. *Kaliasky*, ingenio ſupra theologorum vulgus erectior, univerſum regni Medorum intervallum annis 128, incluſis 28 Scytharum imperii, circumſcribit: Regi Deioci aufert annos 22, reſiduos 31 annis Phraortis 22, Cyaxaris 40, & Aſtyagis 35, quo anni

128

128 conſummentur, adgregat, Comment. in Vatic. Chabacuci & Nahum, c. 5. p. 70. Quae quidem manifeſta audacia eſt, tantoque damnoſior, quod *Noſtri* dictio παρεξ η ὁσον excluſionem Scythicae potentiae ſibi expoſtulet. Exempla dedit Valkenarius, neque iterari debent. Hi fructus ex praeiudicatis opinionibus large ſuccreſcunt; ut hypotheſi fiat ſatis, trahendi in partes inviti ſcriptores ſunt, ſi recuſent, admovenda falx eſt. Mihi multis de cauſis Conringiana explanatio videtur potior. Erudita ſunt, quae in ſuperiore adnotatione conſpiciuntur: morantur tamen nonnulla adſenſum meum, quibus alius fortaſſe locus erit. Ita *Weſſelingius. Larcherius* a Conringio atque Weſſelingio ſeductus quidem initio fuerat, poſtea tamen accuratius ponderans eorum argumenta, in aliam abiit ſententiam, Medorum defectionem anno Juliano 3966, ante Chr. 748, & electionem Deiocis regis anno Juliano 4005, ante Chr. 709 factam oſtendit in diſputatione academica de Epochis quibusdam Aſſyriorum & in Chronologiae Herodot. cap. 4. p. 129 & ſeqq. huius Apparat. Αναρχιαν igitur 39 annorum fuiſſe ſtatuit, & Herodotum hos non computaſſe annos, ſed eos ſolummodo, quo Medi ſub regibus vixerunt, numeraſſe perſuaſus eſt; nec negat 6 annorum differentiam, quos e textu Herodoteo eiiciendos, & a librariis erronee inſertos indicat, qui plures tales corruptiones commiſerunt. Philemonem enim in Porphyrii Quaeſt. Homer. Quaeſt. VIII plures in Herodoteo opera exſtare dixiſſe errores atque corruptelas, quae nullo modo hiſtoriarum patri, ſed eius

eius operis deſcriptoribus librariis tribuenda ſint. Nobis tamen Valkenarii ſupra propoſita explicatio atque correctio magis arridet.

Poſt Ασιης comma habet Ald. Camer. I. II, item poſt ἑκατον & παρεξ.

οπισω κατεςραφθησαν) Optime ſic Medic. & Askew. amant Jones veteresque Attici aſperiores has formas. Vid. Euſtath. in Homer. p. 519, 41. *Weſſel.* alii cum Aldo κατεςραφησαν abſente commate.

Αςυαγεα δε) τον δε Αςυαγεα Arch. Poſt Κυρος comma omiſit Ald. Camer. I. II, id inſerunt poſt γενομενος τε, & poſt αδικιης, ſed omittunt poſt κατεςρεψατο.

ad Cap. CXXXI.

περσας δε) Exſcripſit Origenes c. Celſum VII. p. 738. *W.ſſel.*

τοιοισιδε) τοισδε Askew Origen. non male. *Weſſeling.* Nos Reizianam expreſſimus lectionem vere Herodoteam, editi ante eum omnes τοιοισι. Poſt χρεωμενες comma habent Ald. Camer. I. II, adſunt in iisdem commata poſt μεν & νηες & βωμες, & ποιευσι.

δοκεει) Arch. & Orig. δοκεειν Ald. & editi ante Weſſeling., qui noſtrum maluit. Gronov. modo hoc, modo δοκεειν laudat & inculcat, uti I, 152. IV, 168. Poſt Ἑλληνες abeſt comma in Ald. Camer. I. II.

οἱ δε νομιζεσι) Deſcripſit Strabo nonnullis mutatis L. XV, p. 1064. Poſt οἱ δε comma inſerunt Ald. Camer. I. II, omittunt poſt μεν.

ὀρέων) Pariſ. B & alii ὀρεων Arch. Medic. Gronov.

θυσιας) hanc vocem negligit Vind. Arch.

τον κυκλον) Quae ſequuntur habet Euſtath. in Homer p. 128, 24.

Δια) Heſychius Διαν legiſſe videtur, Διαν μεγαλην η ενδοξον· τον ουρανον Περσαι quorum ultima huc pertinere clarum eſt. *Weſſeling.*

Poſt ἡλιω τε & ſeqq. omnia commata inſerunt Ald. Camer. I. II.

θυουσι) Abeſt Arch. Vindob. in quo utroque ſequitur hiatus usque in Cap. 136 Poſt ſequens θυειν abeſt comma in Ald. Camer. I. II, adeſt poſt μαθοντες in iisdem abeſt iterum poſt Αφροδιτην.

ad Cap. CXXXII.

Poſt θεους & κατεστηκεε commata poſuit Ald. Camer. I. II.

ου στεμμασι) ſcripſerat, opinor, ου πεμμασι· nam, ut ait Herod. & Perſa, dum ſacra faciebat, erat εστεφανωμενος τον τιαραν μυρσινη μαλιστα. & ſuis victima corollis erat exornata: de Perſis Strabo XV, p. 1065. A. θυουσιν, inquit, — παραστησαμενοι το ἱερειον εστεμμενον· verba Strabonis & Xenoph. ex Cyrop. III, p. 48, 33 repetita Briſſonius attulit de R. P. II, p. 222. In Herodoteis nihil vitii ſuſpicatus, in quibus bene convenire ου πεμμασι, ουκ ουλησι monſtrant iſta L. I. c. 160. ουτο ουλας κριθων προχυσιν εποιεετο θεων ουδενι, ουτε πεμματα επεσσετο καρπου του ειθευτεν. *Valken.* cui adſentire non dubitamus.

Yy θελω)

θελει) θελη Askew. Poſt τον θεον abeſt comma in Ald. Camer. I. II.

τον τιαραν) Medic. Askew. την alii cum Aldo. τον τιηρην Reiz. quod probaverat, nec tamen receperat Weſſeling. quem ſequuti ſumus. Nunc tamen Reiziana magis arridet lectio, ſine dubio Herodotea. Xenophon, Strabo, Lucianus & plures alii την τιαραν dederunt, obſervante Weſſelingio. In Aeſchyli Perſis βασιλεεε τιαρα mentio v 663. Philoſtrat. Icon. I, 33. p. 808. βλεπει δε ηδυ και μετεωρον, υπο τε τιαρα επισοβειν, voluit υπο τε — επισοβων ε δια λιβαδες &c? Debuit profecto aut hoc, aut genere ſequiore. Paulo ſupra τω δε ὡς ἑκαςω, *cui autem quisque numini alios aiii ſacrum facere velit*, corrigit atque explicat Reiskius. Quod vero ſtatim ſubditur, ὁ δε πασι Περσησι κατευχεται — και τω βασιλει rectiſſime contenditur cum Marci 16, 7. ειπατε τοις μαθηταις αυτε, και τω Πετρω. Verba ipſa nec manca neque luxata ſunt; namque iſta εν γαρ δη τοισι — αυτος γινεται non tangunt regem, ſed ſacrificantem, cui non licebat ιδιη μενω αραθαι αγαθα. De Judaeorum aliarumque nationum in hoc precum genere moribus praeclare Philo Jud. de Monarch. p. 825. B. *Weſſeling.*

Poſt μενω comma ponit Ald. Camer. I. II, idem in iisdem poſt ὁ δε & Περσησι.

κατευχεται) Habet hinc Thom. Mag. in v. *Weſſeling.*

αυτος γινεται) αυτω γινεται Askew.

διαμιςυλας) Askew. alii cum Aldo διαμυςιλας. Mutavit ex ſchedis Askew. Weſſelingius, non

non neſcius controverſae apud Grammaticos ſcriptionis, qua de viri praeclari Ezech. Spanhem. & Ti. Hemſterhuſ. & Comici Plut. v. 626. Valkenario minus placet το διαμυσιλας. Felicioribus, inquit, mea forte proderit coniectura legentis: επεαν δε αλι, (αλος alibi meminit:) μισυλας κατα μερεα το ιρηϊον, επιπαση τα κρεα, ὑποπασας ποιην ὡς απαλωτατην, — επι ταυτης εθηκε ων παντα τα κρεα· poſtquam ſale victimae in partes ſectae carnes conſperſit. ὑποπασας adfirmatur a Gronovio. Γαλα επιπασσοντες Herodoteum eſt IV, c. 172. διαπασας legitur lib. VI, c. 25. Carner. αλσι διαπαττειν dixit Comicus apud Athenaeum IX, p. 399 F. Menander in επιτρεπουσιν· Επεπασ᾽ επι το ταριχος αλας. Homereum μιστυλλειν, a μιω formatum, notat, in minuta concidere. Sic *Va kenar.* Ante quem, obſervante *Weſſelingio*, de la Barre T. V, Hiſt. Acad. Inſcr. Ed. Amſterod. p. 270, non diſſimili de cauſſa aut εψη ex ἑπω maluit, &, *ubi carnes curaverit*, explicuit, aut, ſi parum id arriſerit, επεαν ψηση, *ubi ca nes oſſibus detraxerit.* Quibus de emendationibus placet tacere. Niſi ego aberro, addit *Weſſeling.* ſalva res eſt. Non omnem ſacris his ignem negat Herodotus, ſed aris: hoc poſtulant verba ουτε βωμους ποιευνται, ουτε πυρ ανακαιουσι. Caeſam victimam & in partes minutatim ſectam quin elixarent, nihil impediebat. Vide haec de Scythis IV, 59. αγαλματα δε και βωμους και νηους ου νομιζουσι ποιειν· quae Perſarum moribus reſpondent planiſſime: tum de hoſtiae immolandae more c. 60, & ουτε πυρ ανακαυσας, ουτε καταρξαμενος, ουτε επισπεισας — τρα-

τρεπεται προς ἕψησιν. Quid aliud iſta volent, quam in altari nullum fuiſſe ignem, minime autem defuiſſe, ubi coquenda victimae caro erat? Haec *Weſſeling*. cui cum Reizio & Larcherio accedimus.

ὑποπασας) Medic. Askew. Vulgo cum Pariſ. B. & Aldo ὑποσπαςας.

παντα τα κρεα) hanc Reiskianam coniecturam, a Weſſelingio probatam, ſed non receptam, cum Reizio recipere placuit. Vulgo cum Aldo τα abeſt. Poſt πυρεςεως comma ponit Ald. Camer. I. II, idem poſt μαγυ.

ad Cap. CXXXIII.

Poſt νομιζυσι comma, poſt προτιθεσθαι punctum in Ald. Camer. I II, poſt εν τη iterum comma in iisdem, quod & poſt βυν, ἱππον, & καμηλον ponunt, & poſt καμινοισι punctum.

Poſt αυτεων comma in iisdem.

και ὐκ ἁλεσι) Medic. Askew. & Reg. A. Larcherii. In Reg. B magna hoc in loco lacuna, ad marg. Athenaei ex cod. Farneſiano adſcripſit Muretus ὐκ ἅλλεσι L. IV, 10. p. 143, ubi haec citantur. Verum L. XIV, 11. ὐ καλοισι quomodo Pariſ. & edd. omnes cum Aldo. επιφορηματα hinc producit Euſtath. Homer. p. 1141, 3. Geinozius coniecit και ποικιλοισι, quae coniectura nimis longe abit a cod. & edit. lectione. Bellangerius ὐ καλοισι defendit, propterea quod in Athenaeo ſic legitur, qui ſuis in codd. Herodoti hanc inveniſſe lectionem videretur. Sed Larcherius oſtendit, Bellangerium in errore verſari, qui Athenaei tantum edi-

editionem anni 1612 inſpexit, in prima enim huius auctoris editione Veneta 1514, lib. IV; p. 34. lin. 3, ſi paginas inde a lib III numeraveris, εκ αλεσι expreſſam eſſe Quo, iudice Weſſelingio, nihil verius, quod & vidit Gronovius, ſed ſerius, e Mediceo ε' καλεσι hanc inveſtigans lectionem. Hoc ſignificat, Perſas bellariis uti quam plurimis, ſed minime confertis. Inferebant videlicet Perſae in menſam cupedias & bellaria multa, ſed non confertim omnia. Ἀλης toties in Muſis repetitur; infra cap. 196. IV, 184, atque alibi, locis a Porto ſignatis, ut maxime mirum accidat, tam turpiter ſe dediſſe librarios. Diſcimus hoc ſpecimine, quid Herodoto hominum & temporum iniuria uſu venerit. Verum praeſtant MSS quod ſuam in ſedem remigravit tandem. *Weſſeling.*

προσκεαται) προκεαται Ald. Camer. I. II.

σπουδαιεστατα) Medic. Askew. σπουδαιοτατα Pariſ. A. B. Ald. & Edd. etiam Athenaeus p. 144. Vide ſupra C. 8. Athenaeus σπουδαιοτατα αυτων πραγματων, in MS. Moreto monitore, recte των πρηγματων. *Weſſeling.*

Poſt νηφουσι comma in Ald. Camer. I. II.

στεγαρχος) στεγεαρχος apud Athenaeum l. l. male, ut opinatur *Weſſeling.* Melius Pollux X, 20. αυτων πρηγματα legiſſe videtur Athen. IV, 144. B V, 10. στεγεαρχος pro στεγαρχος & V, 11. ει δε μη. μετιεισι. Sed τα σπουδαιεστερα των πρηγματων ſimiliter memorat Herod. I, 8. *Valkenar.*

Poſt εοντες & αδη commata in Ald. Camerar. I. II.

τα δ᾽ αν) τα, δ᾽ αν Ald. Camer. I. II. Poſt μεθυσκομενοι comma in iisdem.

ad Cap. CXXXIV.

οἱ συντυγχανοντες) Medic. ex eoque Gronov. ora Steph. I omiſſo tamen articulo. εντυγχανοντες Ald. & Edd. ſine Artic. Pariſ. A. B. Askew. non repudiat Mediceam lectionem Weſſeling. nihilo tamen peius, quod aliis in codd. iudicat.

εντυγχανοντες) συντυγχανοντες Askew.

αλληλους) comma hic inſerit Ald Camer. I. II, idem poſt προσπιπτων & προβαινοντες faciunt.

ἑκαςατω) ἑκαςω Ald. Camer. I II. Vide Foëſii Oeconom. in ἑκαςω.

καταλογον τον λεγομενον) ſic Reizium ſequuti edidimus, quod iam maluerat Abreſchius. Weſſelingius Aldinum κατα λογον τω λεγομενω retinuerat.

Poſt αρχοντων comma inſerit Ald. Camerar. I. II.

συναπαντων) συν ἁπαντων Askew Poſt σφια punctum habet Ald. Camer. I. II.

γαρ δη το εθνος) δη omiſit Ald. Camer. I. II, poſt τε comma in iisdem.

ad Cap. CXXXV.

θωρηκας) Medic. Askew. Gronov. θωρακας vulgo cum Aldo. Poſt πυνθανομενοι comma in Ald. Camer. I. II.

αυτεων) Medic. Askew. Gronov. αυτων Ald. & alii perperam.

κουρι-

κεριδιας) ſic Medic. Askew. Gronov. κεριδιες Ald. & Edd. Quae praecedunt, exſcripſit Schol. in Gregor. Naz. Stelit. I, p. 64. *Weſſeling.*

ad Cap. CXXXVI.

Poſt αποδεδεκται abeſt comma in Ald. Camer. I. II.

ὁ βασιλευς) Deſit ὁ Askew.

το πολλον δ' ἡγεεται ισχυρον ειναι) Reiskius coniectabat τον τειστον δ' ἡγεεται talem autem, qui multos liberos procreat, exiſtimant robuſtum eſſe. Aut το πολλες — ισχυρε ειναι. Sed emendatione non opus

παιδευσι) Sumſit hinc Euſtath. in Dionyſ. v. 1056. Poſt τες παιδας abeſt comma in Ald. Camer. I. II, quod adeſt poſt αρξαμενοι.

ἱππευειν) Habet hinc Thomas Mag. in αληθευω.

τετο ἐτω ποιεεται) Medic. Askew. Arch. Vindob. & ora Steph. I. In Aldo & aliis ἐτω deſit.

ασην τω πατρι προσβαλλη) Arch. Vindob. βλαβην αηδη· quae gloſſa vulgati ασην αηδη. In Medic. Askew. αηδη deſideratur; iidem μηδεμιαν. Tum προσβαλη Askew. Fuit in dubio Weſſeling. revocaret αηδη, an Gronovii exemplo expelleret. Vicit Medic. & Askew. auctoritas. Ασην librarius Arch. & Vindob. bene explicat βλαβην αηδη. In Clement. Alex. Paedag. III, 9 pro δια την ασην aut ad marginem codd. aut ipſo in contextu δια την αηδιαν dederunt ex interpretamento. Moeris, Ασῃ Αττικως, Αηδια

Ἑλληνικως, ubi plura Jo. Pierſonus. Atque haec teſtantur de criticorum eorum more. Non ſum neſcius, addit Weſſeling Democritum κακοδεξιην κακην in Stobaei Sermon XXII, p. 189 uſurpaſſe, alios hoc de genere alia: poſſe etiam pro damnato pugnari, quemadmodum in Horrei Obſerv. ad Herod. p. 112. At omnibus, ut in guſtu, non ſapiunt eadem Spectavit haec Valer. Max. II, 6. 16. *Weſſeling.*

ad Cap. CXXXVII.

το μη μιης) το δε μη Askew. Poſt εἱνεκα comma in Ald. Camer. I II.

μητε των) μητε τινα των Arch. Poſt ἑρδειν comma in Ald. Camer. I. II.

αλλα λογισαμενος) Abſunt ab Arch. & Vindob usque in cap. 138.

ουδε μητερα) Medic. Askew. ἢ μητερα Edd. cum Aldo. Poſt ανευρεθηναι comma inſerit Ald. Camer I. II.

οικος) Medic. Askew. εικος alii, ſine cauſſa

αληθεως) αληθως Ald. Camer I. II, Steph. I & edd. ante Gronov. qui noſtram e Medic. recepit lectionem optimo iure.

ad Cap. CXXXVIII.

Ἅσσα) Medic. Remig. Askew. & ora Stephan. I, vulgo ὁκοσα cum Aldo. Poſt χρεος comma habet Ald Camer. I. II; id omittunt poſt ειναι, inſerunt poſt αςων.

αναγκαιην) Iſ Voſſius adleverat codici ſuo αναγκαιον, quo non indigemus. αναγκαιην uſus

&

& Herodoti ſermo tuetur II, 182. IV, 180. *Weſſeling.*

εχῃ) Medic. ex eoque Gronov. εχοι Pariſ. A, Ald. cum edd. λευκην ſumſit hinc Suidas. Poſt παντα abeſt comma in Ald. Camer. I. II, in iisdem poſt χωρης punctum exſtat. Sylburgius ad Briſſon. R. P. II, 180. πολλον proponit, ut ſit, procul abigunt a ſua regione. Reiskius οἱ πολλοι. Ruhnkenius elegante mutatione πομποι. Illi ſunt, qui aliorſum alios deducunt, ſupra I, 121 cui calculum adiicere nullus dubito. Arriſit ea quoque Larcherio, qui tamen Sylburgianam expreſſit.

ουδε αλλον ουδενα περιορωσι) Medic. Askew. Remig. Margo Steph. I, ſed περιορεουσι, ex Jonum more. Aldus & alii αλλο τι ουδεν ποιουσι.

σεβονται ποταμους μαλιστα) Askew. Medic. ex eoque recte Gronov. vulgo cum Aldo ποταμους των παντων μαλιστα, aſt παντων μαλιστα Vindob. ſine artic. & Arch.

ad Cap. CXXXIX.

το Περσας) poſt το comma inſeruit Ald. Camer. I. II.

ἡμεας μεν τοι ου) Medic. & Askew. ceteri cum Aldo δε, ου. Poſt σωμασι comma inſeruit Ald. Camer. I. II, quod in iisdem & poſt το, Διοριεες μεν, & Ιωνες δε, & διζημενος inſertum eſt.

ad Cap. CXL.

ειδως) Abeſt hoc Askew. Poſt αποθανοντος comma in Ald. Camer. I. II, idem in iisdem poſt ορνιθος.

ἑλκυσθηναι) Remig. Askew. Medic. Vulgo ἑλκυσθῃ cum Vindob. Arch. Aldo. Quae ſequuntur ad cap. 174 abſunt a Valla, Arch. Vindob. & ad cap. 177 finem a Pariſ. B apud Larcher. Bene vetuſti libri. Iſ. Voſſius conjecerat, ὑπ' ορνιθος ἡ γληνη αφελκυσθῃ, quam ab alite pupilla oculi extrahatur, advocato ad morem hunc cognoſcendum Teixera, qui mihi ad manus non eſt. De ritu iſto multa Th. Hyde Rel. Perſ. c. 34. Emendatio neceſſaria non eſt, nec latuit doctiſſimum virum; ſiquidem paria prorſus de Perſarum ſepultura Procopius Bell. Perſ. I, 12 & Agathias I, p. 43. ed. Venet. *Weſſeling.*

κατακηρωσαντες) Convertitur ab Heilmanno in καταπηρωσαντες, poſtquam cadaver membris mutilarunt. Vetat Cicero, his *Noſtri* uſus, Tuſcul. Diſp. I, c. 45. Perſae etiam *cera* circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Vetat Strabo XV, p. 1068. κηρω' περιπλασσοντες τα σωματα. Adde J. A. Fabricium in Sexti Hypotyp. III, 24. p. 185. *Weſſel.*

κεχωρισαται) κεχωρισατε Ald. Camer. I. II, in quibus etiam comma poſt οἱ δε δη Μαγοι, quod omittunt poſt ποιευνται, inſerunt autem poſt μυρμηκας τε & ἑρπετα.

ad Cap. CXLI.

κατεστραφατο) Ita, Reizium ſequuti, ſcripſimus, pro vulg κατεστρεφατο, quod ante Reiz. in edd. legitur omnibus. Noſtrum Jonum eſt, uti απεστραφατο I, 166. Supra c. 27

ὡς

ὡς δε αρα οι — Ελληνες κατεϛραφατο, quod Weſſelingius iam monuit, a quo non mutatum, quod mutari non iniuria, ipſo iudice, poſſet, miramur.

ες Σαρδις παρα Κυρον) προς Κυρον ες Σαρδεις Remig. Poſt ειναι comma exſtat in Ald. & edd. ante Reiz. qui omiſit, quem ſequuti ſumus.

τα προϊσχοντο) Ita e fragm. cod. Pariſ. recepit Weſſeling. pro vulg. τα προεσχοντο. Sic ſolet Noſter c. 164. III, 137. Poſt θαλασση abeſt comma in Ald. Camer. I. II.

λαβειν) βαλειν in eod. fragm. cod. Pariſ. Poſt των ιχθυων comma habet Ald. Camer. I II.

εξειρυσαι) εξερυσαι fragm. cod. Pariſ. Poſt αυλεοντος comma habet Ald. Camer. I. II.

δι' αγγελων) Medic. Askew. Vulgo cum Pariſ. A. B & Aldo δι' αγγελȣ.

τȣτων ανενειχθεντων) Medic. Askew. Ab Aldo eſt ανενειχθεντες. Bene Gronovius Mediceam Herodoto reſtituit lectionem, ab Askew. firmatam, obſervans: Sic accurate iam diſtinxit ipſe Aldus, ut iſta media ſic fluitarent inter antecedens & conſequens. Neque ſane ſcio, de quibus Jonibus loquatur, utrum de legatis, an vero de magna multitudine quadam, quae huc excucurrerit, ac novum Lydiae regem ſpectatum iverit: nam quae mox praedicat de urbium moenibus firmatis, certe id non pertinet ad legatos, ſed ad populum Jonicum. Inſuper cum non diſerte numerum legatorum ab Jonibus miſſorum expediat Herodotus, ſed tantum dixerit, Jones atque Aeolenſes miſiſſe αγγελȣς

παρα

παρα Κυρον, aeque potuerunt unum ſinguli miſiſſe, quam plures. Sed hoc mitto. Potius videndum, an Graeciſmus patiatur *Ιωνες ανενειχθεντες* pro *reverſi*. Agnoſcit hunc unum locum Portus Sed nec de Aeolenſibus tale quid dicit, qui tamen etiam reverſi ſunt. Totum eſt hiulcum ac male diffiſſum, & tanto maioris pretii, ac longe magis mihi arridet, quod exſtat in unico illo MS. *ὡς ηκουσὰν τουτων ανενειχθεντων ες τας πολιας* Id vere Herodoteum, & ſic participio iſti vera ſedes redditur ubique uſurpato de ipſis rumoribus aut reſponſis, quae renunciantur. Sic cap. 158. *ταύτα ὡς ανενειχθεντα ηκουσαν οἱ Κυμαιοι.* Quae totidem apicibus repetit cap. 160. Sic lib. 2. c. 121. *ὡς δε και ταυτα ες τον βασιλεα ανενειχθη.* Lib. 5. c. 89 *ταυτα ὡς απενειχθεντα ηκουσαν οἱ Αθηναιοι.* Lib. 7. c. 169' *ταυτα οἱ Κρητες ὡς απενειχθεντα ηκουσαν.* Haec *Gronov.* Poſt *οἱ αλλοι* comma inſeruit Ald. Camer. I. II, idem poſt *τουτους.*

ad Cap. CXLII.

Poſt *των* & *ουρανου* comma habet Ald. Camer. I. II.

των ὡρεων) Sic, Reizium ſequuti, ſcripſimus. Retinuit Weſſelingius *ἐρέων*, quod in Askew. legitur. Omnes alii *ουρέων* cum Medic. & Aldo. Sine controverſia corrigi debuerat: *των ὡρεων εν τω καλλιςω ετυγχανον ἱδρυσαμενοι πολιας*· haec cum de Jonibus dicantur, tollit omne dubium lib. I, c. 149. *ουτοι οἱ Αιολεες χωρην μεν ετυχον κτισαντες αμεινω Ιωνων, ὡρέων δε ἡκουσαν ουκ ὁμοιως.* recte Valla: *ad coeli tamen temperiem nequa-*

qua-

quaquam accedebat. L. 2. c. 77 exceptis incolis Libyae eſſe dicuntur Aegyptii ὑγιηρεστατοι παντων ανθρωπων, των ὡρεων, εμοι δοκεειν, ἑινεκεν, ὁτι ου μεταλλασσουσι. (ſic legerim): εν γαρ τῃσι μεταβολῃσι τοισι ανθρωποισι αἱ νουσοι μαλιστα γινονται — των ὡρεων μαλιστα. L. 3. c. 106 Graecia τας ὡρας πολλον τι καλλιστα κεκραμμενας ελαχε. atque in Graecia, praeſertim Athenis, iſta tenuis coeli tribuitur in geniis ſaluberrima temperies. In Timaeo Platonis p. 24. C. Atticam Minerva dicitur elegiſſe, την ευκρασιαν των ὡρων (ſic recte corrigit vulgatam vocem ὁρων H. Stephanus): εν αυτω (τω τοπω) κατιδουσα, ὁτι φρονιμωτατους ανδρας οισει· Chalcidius: *electo* ſalubri ſubtiliumque ingeniorum & prudentiae feraci loco. Idem argumentum in Critia latius perſequitur Plato p. 111. E. Memorat ὑπερ της γης ὡρας μετριοτατον κεκραμενας. Eam in rem multa dixerat Ariſtophanes εν Ὡραις. Vid Athenaeus IX, p. 372 & Caſaub. Animadv. IX, c. III. Euripidea, ex deperdito dramate petita, dabit Plutarchus de exilio p. 604. E. inſignis in eam rem loci ſic feruntur ultima: Ἁ δε Ἑλλας Ασια τρεφει καλλιστα, Της γε δελεαρ εχοντες συνθηρευομεν. Grotius in Excerpt. p. 433 participio εχοντες ſubſtituit ενταυθα. Corrige ſodes: Ἁ δ' Ἑλλας Ασια τε καλλιστα τρεφει, Γης τησδε δελεαρ εχοντες ου θηρευομεν. Singula poſſent ut Euripipea adfirmari *Valkenaer*. — Non dubium eſt, quin recte docti viri, Chytraeus, Geinozius, Reiskius, Heilmannus ὡρεων reſcripſerint. Viam monſtravit Noſter c. 149, tum Pauſanias VII, 5. Ιωσι δε εχει μεν επιτηδειοτατα ὡρων κρασεως

σεως ἢ χωρα. Frequens eſt confuſio ὀρεων & ὠρεων ſive ὠρεων, ὠρεαιων in ſchedis, de quo alias. Id permirum, coniuraſſe plerosque in ὀρεων vocabulo librarios. *Weſſeling.* Larcherius etiam cum Geinozio & Reizio ὠρεων recepit, quod Weſſelingium non feciſſe iure miratus eſt, contexto Herodoteo omni hanc emendationem confirmante.

Poſt ανθρωπων comma inſeruit Ald. Camerar. I. II.

πωυτο ποιεατη) Medic. & Askew. recte. Vulgo cum Aldo τωϋτο εποιεετο, quod Imperfectum hic tolerari non poteſt.

Poſt ἑσπέρην punctum habet Ald. Camer. I. II, poſt πιεζομενα in iisdem & editis ante Reiz. comma exſtat.

θερμυ τε και) Medic. & Askew. in ceteris τε deeſt.

τεσσερας) Medic. τεσσαρας Askew. & Pariſ. B. cum Aldo & Steph.

αυτεων) αυτων vulgo. Poſt Μυυς τε comma habet Ald. Camer. I. II, idem poſt αὗται μὲν, quod abeſt poſt κατοικηνται.

Poſt σφι comma exſtat in Ald. Camer. I. II, item poſt αἱ δε, & urbium nomina omnia punctis ſeiuncta.

Εφεσος) habet Steph. Byz. in voce.

λεχθεισησι) λεχθηισησι Ald. Camer. I. II.

σφι δε) σφισι δε Medic. & Gronov. σφι Askew. Pariſ. B. & Edd. omnes cum Aldo.

Poſt των & μεν comma habet Ald. Camerar. I. II, idem poſt Σαμιοι τε.

Poſt

Poſt μια comma habet Ald. Camer. I. II.

Χιοι) Citat Steph. Byz. in Χιος. Poſt Σαμιοι δε comma in Ald. Camer. I. II.

χαρακτηρες) Pollux II, 109.

τεσσερες) τεσσαρες Aldus & qui hunc ſequi ſolent. Aliter Medic. Askew.

ad Cap. CXLIII.

Poſt Ιωνων comma exſtat in Ald. Camerar. I. II.

ὀρκιον) Medic. & Askew. ex priori Gronov. Reliqui ὀρκια cum Pariſ. B. & Aldo, neque male iudice Weſſeling.

αυτεων) αυτων Medic. Askew. male.

πολισμα λογιμον) Pollux πολις λογιμη II, 122. Editis conſentit Thom. Mag. in λογιμον, cuius ὡσαυτως pertinere ad ſequentia monuere docti viri. *Weſſel.*

Poſt Αθηναιοι comma habet Ald. Camerar. I. II.

αυτεων επαισχυνεσθαι τω ουνοματι) αυτων Medic. ουνοματι Askew. idque recte. Vulgo cum Aldo ονοματι. Poſt αὐται comma habet Ald. Camer. I. II, idem poſt ἱδρυσαντω editi ante Reiz.

επι σφεων αυτεων τω ουνομα) Medic. alii τ'ουνομα & επι τε Ald. επει τε & τ' ουνομα. Sed επι σφεων αυτεων, τω Askew & Medic. quocum Reizio ſequi placuit. Weſſeling. cum Steph I επι τε σφεων. Reiskius ἱδρυσαντο, τω επι σφεων, &c. neque id incommodum foret, modo ne verborum alius in MSS. ordo eſſet. Maluit ergo

go ſcriptis obtemperare Weſſeling. Vid Horrei Obſerv. Herod. p. 109.

Poſt Σμυρναιοι punctum omiſit Ald. Camerar. I.

ad Cap. CXLIV.

Poſt καλεομενης colon in Ald. Camer. I. II.

μηδαμες) μηδαμως Ald. Camer. I. II ora Stephan I.

εσδεξασθαι) εισδεξεσθαι Askew.

Τριοπικον ἱρον) Citat Stephanus in Τριοπιον. *Weſſeling.* Poſt ἱρον comma habet Ald. Camerar. I. II.

αυτεων) αυτων vulg. αὐτων Ald. Camerar. I.

ανομησαντας) ανομισαντας Ald. Camer. I. II. Poſt Απολλωνος comma habent eaedem, item poſt τω ante ουνομα.

τον νομον) των νομων Pariſ. B. Non diſplicet των νομων ex Fragm Cod. Reg. Certe ſimplici αλογειν caſum ſecundum adſtruere in more habet III, 125. VIII, 46. Aliter Procop. qui Bell. Vandal. I, 3. Βονιφακιος δε ουκ αλογησας τα γεγραμμενα· corrigunt των γεγραμμενων. At probat is ſuperius Bell. Perſ. II, 5. II, 20 &c. *Weſſeling.*

προσεπασσαλευσι) προσεπασσαλευσε Ald. Camer. I. II.

ταυτην την) omiſit την Ald. Camer. I. II, in quibus poſt Ιηλυσσος τε comma quoque inſertum.

Καμειρος) Καμιρος Askew. Poſt Κως τε comma in Ald. Camer. I. II.

ταυ-

ταυτην την ζημιην ὗτοι) *ὗτοι ταυτην την ζημιην επεθηκαν* mutato ordine. Askew.

ad Cap. CXLV.

πλευνας) *πλεονας* Ald. Camer. I. II, in quibus & comma poſt *εσδεξαθαι* abeſt.

ὁτι και ὁτε) *και ὁτι και ὁτε* Ald. Camer. I. II, Steph. I. Poſt *Αχαιων* abeſt comma in Ald. Camer. I. II.

προς Σικυωνος) Medic. Askew. *προ Σικυωνος* Pariſ. B. cum Aldo & edd. *προς* ſolo ingenii remigio reſtituerant Iſ. Caſaubonus & Iſ. Voſſius, quam coniecturam codd. confirmarunt.

Poſt *εν τη* comma inſerit Ald. Camer. I. II, in quibus poſt *Βȣρα* & *Ἑλικη* puncta exſtant

Ἑλικη) *Ἑλιβη* Askew. Parentheſeos ſigna non habent Ald. Camer. I & II. Poſt *εν τω* in iisdem comma exſtat.

τȣτεων) *τȣτων* Medic.

ad Cap. CLXVI.

Poſt *Ἰώνων ην* colon, poſt *εποιησαντο* punctum habet Ald. Camer. I. II.

επει ὡς γε τί) Medic. Askew. alii cum Pariſ. A. B. & Aldo *ὡς γε τοι* quam veterum ſcripturam defendit Horreus Obſerv. ad Herod. p. 110, ita tamen, ut *τι* non plane recuſet. Levis res eſt, & in diſſenſu codd. ferenda. *Weſſel.*

καλλιον τι) Ita cum Reizio edidimus, ſic & prior interpres, *aut praeſtantius quid geſſiſſe*, *a pr. quippiam evaſiſſe*, obſcure recentior. Sequutus eſt Weſſeling. iudicium Geinozii Comment. Ac. In-

Inſcript. T. 18. p. 126 & τε, quod in Weſſelingiana legitur, error typographi videtur, omnes enim ante eam τι habet, quod & Larcher. probavit.

των Αβαντες) commate ſeiunguntur hae voces in Ald. Camer. I. II.

τοισι Ιωνιης) της Askew. Ιωνιοις Ald. Camerar. I II, poſt μετα comma inſerit Ald. Camerar. I. II.

Μινυαι δε Ορχομενιοισι αναμεμιχαται) Iverunt in partes praeclari viri, ad explicanda haec & conſtituenda. Palmerius Μινυαι δε Ορχομενιοι &c invito Gronovio. Sequuntur tamen plures. Buherius ex Heſychii Μινυαι οἱ Ορχομενιοι, και Μαγνητες, και Καδμειοι κ. λ. ut invidioſum αναμεμιχαται vitaretur, cuius ego in annotat. Alberti ad Heſychii locum correctioni, quippe audaciori neque neceſſariae, non accedo. Reiskius poſt Αρκαδες excidiſſe και, itemque poſt Δωριεες arbitratur. At fuerunt Arcades Pelasgi, Pauſania VIII, 1. Apollodoro II, 1. Steph. Byz. multisque aliis auctoribus Epidaurii praeterea Dorienſes in Noſtri VIII, 46. Quare illa additamenta recuſo. Ne longum faciam. Docet Herodotus, Jones non eſſe ſinceriore melioreque aliis nationibus origine; contra variorum populorum acceſſione olim interpolatos; addidiſſe ſe Abantes, admixtosque eſſe Mingas Orchomenios, Cadmeos, Dryopes, Phocenſes & plures alios. Hoc eius conſilium ſi fuerit, ut ſane fuit, belle procedit Palmerii ſententia. Nam Mingas Orchomeniis inmixtos fuiſſe, nihil ad hanc diſquiſitionem. Firmatur praeterea

Jo-

Jonicae migrationis narratione. Pauſanias Ιωσι δε τȣ ϛολȣ μεταϛχοντες οιδε Ἑλληνων· participes migrationis hi Graecorum erant. Θηβαιοι ſive *Camei*, tum Οϱχομενιοι Μινυαι, recte enim Μινυαις mutavit Kuhnius; tandem Φωκεις οἱ αλλοι πλην Δελφων & Abantes VII, 2 tum C. 3. Τεων δε ωκȣν μεν Οϱχομενιοι Μινυαι, συν Αϑαμαντι ες αυτην ελϑοντες. Quibus accedere queunt de Orchomeniis conſimilia ex eiusdem IX, 37. Quae quidem ſtabiliendae coniecturae ſi vir nobiliſſimus adſtruxiſſet, non perſpicio, quo colore abdicari potuiſſet: repetitum enim αναμεμιχαται arbitrarium eſt. Stant ab his quoque partibus viri clariſſimi Corn. de Pauw & Geinozius. — Haec Weſſelingius. — Palmerii emendationem certiſſimam Μινυαι δε Οϱχομενιοι probarunt, receperuntque Larcherius & Reizius. Poſt αναμεμιχαται punctum, poſt οἱ δε comma poſuit Ald. Camer. I. II

απο τȣ πϱυτανηιȣ). Taxat Plutarch. de malignit. p. 858 fin.

Poſt των ante εφονευσαν comma inſeruit Ald. Camer. I II, id abeſt poſt ϑεμεναι, inſertum poſt οϱκȣς, omiſſum poſt ϑυγατϱασι, πατεϱας, ανδϱας in iisdem.

και επει τε ταυτα) και επειτα ταυτα Reiskius επειτεν Larcher & Reiz recte. Vulg. enim, quam Weſſeling. retinuit, quaeque & a Pariſ. A. apud Larcher. firmatur, ſine dubio falſa, επει τε ſignificat nempe, *nam* non *poſtquam*, & neceſſario ἔπειτεν ſcribendum, quod apud Jonas reſpondet τω επει τα, vid. Euſtath. ad Iliad. 18. p. 1158. lin. 39 & Larcher. ad h. l.

αυτηισι συνοικεον) Ald. Camer. I. II, Sylb. Frieder. Medic. Askew. Gronov. noſtram probavere lectionem. Steph. I. II, Jungerm. Gale αυτοισι, quod ſine dubio erroneum, quare Gronovius Ald. lectionem iure reſtituit, idem decreverat Portus Lex. Jon. v. επειτε.

ad Cap. CXLVII.

Poſt οἱ μεν comma in Ald. Camer. I. II. Poſt αλλων Ιωνων comma in iisdem.

ὁρτην) ἑορτην Askew. Citat Plut. T. 2. p. 859. A.

ad Cap. CXLVIII.

Poſt ἡ δε Μυκαλη comma inſeruit Ald. Camer. I. II, item poſt ες την.

απο των πολιων Ιωνες) Numerum excidiſſe ſuſpicatur Valkenaer, facile reſtituendum απο των πολιων ιβ' Ιωνες. Nos contra codd. auctoritatem inſerendum dubitavimus.

Poſt τη ante εθεντο comma habent Ald. Camer. I. II.

μουνῃ) ſic Medic. Askew. idque recte, alii prave cum Aldo μονῃ.

Ἑλληνων παντων) ſic Stephan. I margo, Askew. Medic. deſit παντων vulgo cum Aldo.

ες τωϋτο γραμμα τελευτωσαι) ες τωϋτο Ald. Camer. I. II, Steph. I. II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale & Pariſ. B. tum idem Ald. & editi τελευτωσαι cum duobus Pariſin. το αυτο & τελευτωσι Medic. Askew. & Gronov. Poſt κατταπερ comma inſerit Ald. Camer. I. II, quod & poſt αὗται μεν in iisdem exſtat.

ad

ad Cap. CXLIX.

αιδε δε αἱ Αιολιδες) αἱ non eſt in Arch. poſt δε comma inſerunt Ald. Camer. I. II, in quibus & Αιολεες, & urbium nomina omnia colis diſtincta.

Αηρισσαι) Αηρισαι Medic. Askew. Praetulit Αηρισαι ex Aldina Weſſeling. non neſcius Λαρισαιων numos apud Golzium & Begerum. Θωρηξ ὁ Αηρισσαιος infra lib. 9. c. 1 atque ad eundem paſſim alii modum. Vide Schol. in Apollon. Rhod. I, 40.

Τημνος) Τηνος Ald. Camer. I. II, Steph. I. II, Jungerm. Sylb. Frieder. Gale, Gronov. Medic. Τημνος a L. Holſtenio optime correctum eſt, neque color quaeri debuerat, ut arceſſitus a Gronovio eſt, pravae voci. Conſtat Temnum in Aeolicis fuiſſe civitatibus, non Tenum Cycladum unam. Itaque Τημνος iure ſcriptori rediit. *Weſſeling.*

Αιγιροεσσα) habet Steph. in v.

αἱ αρχαιαι) Medic. Askew. Articulum non norunt Pariſ. B. Ald. & Edd.

αἱ εν τῃ) Et hic vulgo deſideratur articulus, addit Medic. ex eoque Gronov. Poſt Αιολεες comma inſeruit Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CL.

ςασει) ςασιϊ Askew. Probum, & Jonicae notae cenſeretur, ſi amputata litera ςασι in Askew. eſſet, uti τῃ πολι II, 67 & 137. *Weſſel.*

ad Cap. CLI.

Αιολιδες) Ora Steph. I, ſed non ſuo loco. Medic. Askew. Praetereunt Αιολιδες ceteri cum Aldo. Poſt εχȣσαι abeſt comma in Ald. Camer. I. II inſertum poſt πολιες.

Αρισβȣν) Citat Steph. in v. comma hic inſerit Ald. Camer. I. II.

Τενεδω δε) comma hic habet Ald Camerar. I II.

οικεεται) οικεαται Ald. Camer. I. II, in quibus & comma poſt καλευμενησι, & commate ſeparantur τη αν.

ad Cap. CLII.

απικεατο) Ald. & edd. ante Gronov. Pariſ A. B. Gronov e Medic. & Askew απικοντο Solent ſcribae communiorem verbi huius formam amplecti. επει τε δε οἱ Παιονες απικεατο V. 98 & brevi poſt Ald. Medic. at Vindob. & Arch. Jonicam notam detrahunt, prorſus uti hic Medic. & Askew Praeſtat, ut in poſſeſſione ne turbentur. *W.ſſeling.*

κατα γαρ δη — περησσομενα) ſine parentheſi Ald Camer. I. II, in quibus & comma poſt ſequens τω.

χρηζων) Poſt hanc vocem punctum habet Ald. Camer. I. II. Quae ſequuntur verba Λακεδαιμονιοι δε ȣκως — απαλλασσοιτο his tribus in editionibus omiſſa, culpa librarii Aldini, quem preſſe ſequi ſolent Camerarianae editiones. In Steph. I primum legitur

ὡς μεν) Medic. Askew. Gronov. μεν ab aliis & Ald. abeſt Poſt δοκεει comma omiſit Ald.

Ald. Camer. I. II, poſuit poſt πρηγματων, ubi Reizius id iure eiecit.

αυτεων) Ald. Camer. I. II & ſeqq. αυτων Medic. Askew. male. Poſt τω comma inſeruit Ald. Camer. I. II.

μηδεμιην) Medic. Askew. male μηδεμιαν.

σιναμωρεειν) σιναμορεειν Medic. Askew. Gronov. συναμωρεειν Pariſ. duo cum Aldo & Edd. Priorem verbi partem Medic. & Askew. bene pingunt, non mediam. Ariſtophanis σιναμωρουμενη Nub. 1066. Hippocrat. & Noſtri V, 7. Sic enim ibi MSS. Pariſini & Scholiaſtes atque ex eo Suidas, verum patefaciunt. Photius inſuper, ex Herodoti I. σιναμωρεειν in Lexico deponens, ut Alberti Weſſelingio teſtatus eſt. *Weſſeling.*

ad Cap. CLIII.

κοσοι) ποσοι Ald. Camer. I. II male, in quibus poſt αποδεδεγμενος colon invenitur & comma poſt ομουντες.

ελεσχα) Medic. Askew. Sylb. Frieder. Gronov. ελεσχα ora Steph. I. II, Jungerm. Sylb. cum Ald. Camer. I. II. αλεσχα Steph. I. II, Jungerm. Gale. Averſatus Weſſelingius, nosque cum eo, ſtrictum in tot viros, de Herodoto non male meritos, Gronovii ſtilum. Portus ελεσχα optime repoſuit, eiusque veſtigia editio Genevenſis (Sylburgii) preſſit. Simillimae originis προλεσχος Aeſchyli Suppl. 208. Λεσχηνουσα τε και ακουσα καλα Perictione in Stobaei Serm. 83. p. 448. Sic enim ſcripſerat: certe λεσχηματα habet Hippocratis Epiſt. pag. 1285.

1285, λεσχηνει Heſych. Αλεσχα intenſiore ſignificatione ſumebat Corn. de Pauw, ut αξυλον ὑλην Homerus, adpoſitis aliis, quae omitto. *Weſſ ling.*

Poſt Περσαι comma inſeruit Ald. Camer. I. II, idem faciunt poſt μετα ταυτα, & Κροισȣ, & Λυδων.

ες Αγβατανα) Medic. Askew. Gronov. recte. Ακβατανα Ald. Camer. I. II vulgo cum Steph. I Εκβατανα.

και τȣς Ιωνας — ειναι) Leviter iſta depravata mirum in modum interpretantur, ſic forte redintegranda: και επι Ιωνας εν ȣδενι λογω ποιησαμενος την πρωτην ιεναι, vel εἶναι· Επι — ιεναι & επιεναι in hunc uſum adhiberi ſolent: non neſcio tamen, qui color vulgatis poſſit conciliari: ſed noſtro loco ſimillimus eſt L. III. c. 134. επι Σκυθας — μεν την πρωτην ιεναι εασον· — συ δε μοι επι την Ἑλλαδα ϛρατευεσθαι· in quibus εασον tantumdem fere valet, ac εν ȣδενι λογω ποιησαι. *Valkenaer* Graecum exemplar hic ſine vitio non cerni, H. Stephanus cenſuit. Subvenit Corn. de Pauw, ellipſi, εν ȣδενι λογω ποιησαμενος την Φροντιδα ειναι πρωτην, aut την ὡρην ειναι πρωτην *& Jonas non dignos reputans, quibus primam curam impenderet.* Ita conſtaret oratio, modo dicendi genus conſtabilitum eſſet. Την πρωτην ſaepe ponunt Heliodorus IX p. 409. αλλα μη την πρωτην ἑκοντι Φεροντες αυτȣς ενεχειρησαν ex MS. Palatino. Libanius T. 2 p 110. D. και παγεν την πρωτην, αμεταϛατον μενει· quorum tamen ſtructura diverſior. Ego *Noſtri* haec ordinabam και τȣς Ιωνας την πρωτην εν ȣδενι λογω ποιησαμενος

ειναι

ειναι· & Jonum nullam initio rationem habendam eſſe ratus. Nunc maximopere blanditur Valkenaerii coniectura. *Weſſeling.* Hanc tamen ſine codd. auctoritate non recipiendo, Larcherius eam in verſione ſua expreſſit.

Poſt Σακαι τε comma inſeruit Ald. Camerar. I II.

ςρατηλατεειν αυτος) ςρατηλατευειν Askew. colon poſt αυτος in Ald Camer. I. II.

ad Cap. CLIV.

Comma poſt Σαρδιων abeſt, & poſt Λυδας poſitum in Ald. Camer. I. II.

συν ἑωϋτω) αυτω Ald. Camer. I. II male.

απεργμενον) απεργμενων ex errore typorum Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CLV.

Poſt εμοι colon habet Ald. Camer. I. II, in quibus comma abeſt poſt Λυδοι.

οικασι) Medic. Askew. εικασι Ald. & edd. abſente commate, quod & poſt φροντιζω omiſſum.

ὁμοιως γαρ) Citat Clemens Alex. Strom. VI. p. 747. Poſt φεισαιτο comma habet Ald. & qui hanc ſequuntur, punctum poſt απεςασι, comma poſt ὁ μεν.

νεεε) νοε Ald. Camer. I. II. ενοεε Pariſ. B. ενενοεε Askew.

δεισας, μη — τας Σαρδις) μη αναςατες ποιηση τας Σαρδις δεισας Ald. Camer. I. II.

οικετα) Medic. Askew. εικοτα Ald. Camer. I. II, Steph. I. II, Jungerm Sylb. Frieder. Gale.

le. Noſtrum e Medic. Gronov. recepit. Poſt *ηρηκας* comma in Ald. Camer. I. II, idem in iisdem poſt *τα μεν γαρ προτερον.*

και εγω εμη κεφαλη) *και εμη κεφαλη* Ald & Edd. cum Pariſ. A. In ora Steph. I. *και εγω* Medic. Askew. & e priori Gronov. *και εγω κεφαλη.* Reſtitui, obſervat ad h. l. Weſſeling. expulſum pronomen. Imitatur ſolemni more poetam Odyſſ. T. 91. — *ὁ ση κεφαλη αναμαξεις.* Admovit Noſtri verba Phaedro V, 7. 39. P. Burmannus, dubius tamen, neque immerito. Paria non ſunt. Pertineatne huc *Επιμαςον* Heſychii, nolo decernere. Quod continuo ſuccedit, *Πακτυης γαρ εςι ὁ αδικεων, τω συ επιτρ.* abſurde expreſſum eſt, *praeſens factum Pactyes admiſit, cui tu Sardes commiſiſti:* paulo aliter prior interpres, ſed conſimili ſententia. Nam Pactyae non fuerunt a Cyro Sardes traditae, ſed Tabalo viro Perſae. Pactyes acceperat Croeſi Lydorumque opes in Perſidem avehendas, ac nactus occaſionem a Tabalo & Cyro deſciverat: haec ſuperiore capite omnia. Quare ne ſibi contrarius videatur Herodotus, adſumendum eſt aut *τϑτον* aut *εκεινον* ad pleniorem orationis habitum. Non fugit interpretum ea negligentia Corn. de Pauw. — Haec *Weſſeling* probante Larcherio, qui virgulam poſt *αδικεων* a Regio A. abeſſe, obſervavit.

Poſt *αναμαξας* comma in Ald. Camer. I II, idem in iisdem poſt *αδικεων* & *τω.*

δεινοι τοι) Medic. Askew. *δεινοι τι* Pariſ. B. *δεινοι τε* Ald. & Edd. Ingrata plane repetitio par-

particulae τε & omnino inanis, quare Gronov. optimo iure Medic. lectionem recepit.

εκτησθαι) Pariſ. A. B. Ald. & edd ante Gronov. κεκτησθαι e Medic. Gronov. conſent. Askew.

Poſt σφεας abeſt comma in Ald. Camer. I. II, in quibus punctum poſt γεγονοτας.

ad Cap. CLVI.

ταυτα τε οἱ) Medic. ex eoque Gronov. ταυτα οἱ Askew. Pariſ. B. Ald. & edd. Poſt σφεας comma Ald. Camer. I. II, idem in iisdem poſt Περσεων.

και προς εξανδραποδισασθαι) Askew. in Aldo & aliis προς — εξανδραποδισασθαι una voce. Poſt εστρατευσαντο punctum in Ald. & hanc repetentibus.

ad Cap. CLVII.

Poſt ὁ μεν comma inſerit Ald. Camer. I. II, idem in iisdem poſt στρατον.

ιοντα) Pariſ tres & Remig. εοντα Medic. Askew. Ald Camer. I. II, Steph. I & ſeqq. prave. Poſt δρασας comma inſerit Ald. Camer. I. II, quod omiſſum poſt Σαρδις.

ὁσηνδηκοτε) ὁσην δηκοτε Ald. Camer. I. II.

κελευσμοσυνης) κεκελευσμοσυνης Askew.

μετα τουτο) comma hic inſertum in Ald. Camer. I. II, & poſt συμβουλης περι, nec multo poſt idem inſertum poſt τω, & παντες & Αιολεες & Μιλησιης.

αιωσαι) Valkenaeri conieсturam αινοισαι recepit Reiz.

ad

ad Cap. CLVIII.

ειρωτευν) recte Askew. vulgo cum Aldo ηρωτευν. Poſt ποιεοντες comma habet Ald. Camer. I. II, iterum poſt ταυτα.

ὁρμεωμενȣ) Pariſ. duo, Steph. I & ſeqq. Ald. Camer I. II. ὁρμεομενȣ. Medic. Askew. Gronov. ὁρμωμενȣ.

Poſt ες ὁ abeſt comma Ald. Camer. I. II, adeſt poſt των.

ad Cap. CLIX.

επειρωτεων) Pariſ. B. Ald. Camer. I. II, Stephan. I & ſeqq. επειρωτων Medic. Askew. Gronov.

κελευοντες Κυμαιȣς) Κυμαι κελευοντες Askew. Poſt ὁ μεν comma in Ald. Camer. I. II.

σφι) ex Medic. Askew. in Aldo & aliis σφισι. Poſt ταδε comma in Ald. Camer. I II.

νενοσσευμενα) Pariſ. A. B. νενεοσσευμενα Sylb. νενοσευμενα Medic. Askew. Ald. & edd. ante Weſſeling. Noſtram lectionem, quam Goldhagen. iam coniecerat, certam probant membranae. Porti νενεοσσευμενα Genevenſis editor (Sylburg.) probavit, Kuhnius quoque & Bochartus hunc locum admovens illuſtrando Pſalmo 84, 4. Part. II Hieroz. lib. I. c. 8. *Weſſeling*. Hemſterhuſium etiam litera duplicata ſcripſiſſe liquet e notis ad Plutum Ariſt. p. 363, qui in Alex. Cod. T. V. νεοσσοι, in Romano paſſim ſunt νοσσοι. Forte cod. aliquis in Herodot. dabit συνενοσσευμενοι. *Valken.*

Poſt ποιεειν colon Ald. Camer. I. II.

απο-

πορησαντα) ſic cum Reizio edidimus. Weſſeling. cum Aldo αποϱησαντα.

Poſt βοηθεειε, εκδιδοναι & τον commata inſeruit Ald. & hanc repetentes, eaedem & poſt τοισδε coli loco comma habent.

τοισι ικετησι) τεοισι ικεταις ſic tuis ſupplicibus &c. eleganter Reiskius.

απολησθε) απολυσθε Ald. Camer. I. II. απολεσθε Gale.

ελθητε) ελθοιτε Ald. Camer. I. II, Steph. I & ſeqq. e Medic. noſtrum Gronov. recepit.

ad Cap. CLX.

Poſt Κυμαιοι abeſt comma in Ald. Camerar. I. II.

φωνην — νομιζοντες) Arridere poſſet *φωνῇ* ob IV, 117. *φωνῇ — νομιζουσι Σκυθικῇ*. Sed illud aeque probum. Sic. I, 142 *γλωσσαν δε ου την αυτην ουτοι νενομικασι*. Alia hoc de genere Portus ſuppeditabit, quibus ex Dione Caſſio, ſi quae neceſſitas, magna foret acceſſio. In Cononis Narrat. 44 *ὁς την αιχμαλωτον γυναικα ενομισε και τον παιδα αυτης εθετο* mutatum ivit Th. Galeus, non citra iniuriam. *Weſſeling.*

δοκεειν δ' εμοι) *δοκεει δε μοι* Arch. Poſt *τουνομα Αμμωνιοι* comma eſt in Ald Camer. I. II.

Αμμουν γαρ) *Αμουν* Euſtath. in Dionyſ. v. 211, ubi haec citat. quod verius videtur Weſſelingio. Namque ita Aegyptii: Plut. Iſ. & Oſir. c. 9 *ιδιον γαρ Αιγυπτιοις ονομα του Διος ειναι Αμουν. ὁ παραγαγοντες ἡμεις Αμμωνα λεγομεν*. Hinc ex lapide inter epigrammata Muratorii Th. Inſcript.

ſcript. p. 73. Μεγας οβριμος Αμων, quamquam Αμμυ in Rich. Procokii Antiq. Inſcript. p. 30. Convenit אמון *Amun*, & המון *Hamon* Jerem. 46, 25. Ezech 30, 15. Vid. Jablonſkii Panth. Aegypt. lib. II, 2 & Aegyptiorum myſticas has fabellas docte explanatas advertes. *Weſſel.*

Poſt κριυς comma eſt in Ald. Camer. I. II, idem poſt κατακοψαντες, ſed abeſt poſt αποδειραντες.

Poſt κατα τουτο comma habet Ald. Camerar. I. II.

Ἡρακλεος) Ald. & Edd. Pariſ. A. B. Vind. Arch. Remig. Askew. Paſſion. perpetuo. Ἡρακλεες Medic. quater.

απαντες) παντες Arch. Comma nullum poſt τον κριον eſt in Ald. Camer. I. II.

ad Cap. XLIII.

Poſt περι comma habet Ald. Camer. I. II.

ὡς ειη) Ald. & Edd. Arch. Vindob. Remig. Pariſ. B. ὁτι Medic. Askew. Paſſion. Punctum poſt θεων in Ald. Camer. I, II, comma poſt τον ante Ἑλληνες in iisdem.

τυνομα) το ουνομα Askew. ſaepe & Paſſion.

εν δε δη) Medic. Askew. Arch. Paſſion δη omittunt: ceteri habent. Haud ſcio, an ſit εν δε δη deterius. Lucian. Aſtrol. C. 4 εν δε και ουνοματι αυτεοισι επεθεντο· quod ſollicitatum a viris doctis nollem. Noſter III, 39 εν δε δη και Λεσβιυς — ειλε. & V, 95. Adde Gronov. in I, 18. Aliter Aldus & ceteri pingunt, e quibus δη reſtituo; Medic. & hic Arch. illi ſe infeſtum praebuit, ſicuti & III, 15; placatior alibi.

Ae-

Aelian. Var. Hiſt. 14, 38 πολλα και αλλα οιδα, ει δη τοις και τοδε, paulo diverſius abit. *Weſſeling.* Poſt τοδε comma eſt in Ald. Camer. I. II.

Διοσκȣρων) Διοσκορων Arch. rectiſſime ex Phrynichi ſententia: Sic & VI, 127 idem. *Weſſeling.*

Poſt αμφοτεροι comma, poſt Αμφιτρυων punctum, poſt Αλκμηνη comma exſtat in Ald. Camer. I II.

Poſt Ποσειδεωνος comma habent eaedem.

ὡς ελπομαι τε) comma hic inſerit Ald. Camer. I. II. Correxerat vir eruditus in Miſcell. Lipſ. ὡς πεπυσμαι τε, quod merito in literis ad me ſpernit. ἡ εμη γνωμη αἱρεει amplius eſt quam ελπομαι, & ſententiam rationibus nixam exprimit, ſicuti λογος αἱρεει, quod ſanior ratio perſuadet, III, 45. IV, 127, & in Platonis Critone p. 48 C. Arriano, Imp. Antonino atque aliis. Lege Uptoni annot. in Arriani Diſſert. lib. I, 29. p. 155 & Abreſch. Dilucid. Thucyd. p. 385. *Weſſel.*

Poſt Αιγυπτιοι comma habet Ald. Camerar. I. II.

ȣ̓νομα τευ) Sic Ald. Camer. I. II, cum Pariſ. A. apud Larcher. quos cum Reizio ſequuti ſumus. ȣ̓νομα τεῦ Weſſeling.

αρχαιος εστι θεος) εστι Αιγυπτιων αρχαιος θεος Arch.

δυωδεκα) δωδεκα Arch.

Poſt των ante Ηρακλεα comma inſeruit Ald. Camer. I. II.

ad

ad Cap. XLIV.

Poſt στηλαι δυο colon habet Ald. Camer. I. II.

σμαραγδε) Medic. Askew. Paſſion. μαραγδε, Ald. & ceteri omnes, uti editum. Non me fugit, quid patrocinii μαραγδος ex Athenaei 3, 14 auferre queat, ſed locuples eſſe dubito. Noſter vulgatum, nullo Mſſ. diſſenſu, probavit 3, 41. Stat & pro eodem Waſſe in Thucyd. 4, 13. Latinos Zmaragdum maluiſſe cogniſſimum eſt, quo de Jan. Broukhuſius in Propert. II, 13. 43, & ab eo cumulatim citati. *Weſſeling.* In defendenda Medicea lectione more ſuo multus eſt Gronov.

μεγαθος) inſolentius videtur: hinc T. Fabri μεγαλως, a Gronovio caſtigatum: indidem Reiskii μεγα φως, non magno utique molimine. Ego in Laurentii & Porti partes eo; nam Gronoviana explicatio minime ſe probat. *Weſſel.* In quo, haec *Gronovii* ſunt verba, aſper ſcrupulus offenderat T. Fabrum in eo quod additur ab auctore λαμποντος τας νυκτας μεγαθος, quod non potuit, certe non debuit Valla interpretari *maiorem in modum.* Verum iſte ſic arbitro ſumto Petavio ſtatuit. [Quis dubitet, quin ibi legendum ſit μεγαλως? Quamvis enim vox Jonica ſit & Herodotea το μεγαθος pro communi μεγεθος, tamen vitium erit in oratione, niſi legatur μεγαλως, id eſt δεινως, σφοδρα, πανυ. Hunc errorem typographi arbitrarer, niſi Sylburgianam editionem cum Stephanica conſentientem viderem.] Sic omnes priores adorſus ille Faber negat Graeca noviſſe. Debuerat tamen

Goldhagenii hanc emendationem confirmat Gronovius e Medic.

Poſt *καταϱεονται δε* nullum comma habet Ald. Camer. I. II.

επισπεισιν τȣ οινȣ) επιπασιν οινȣ ex Arch. citat Galeus, ſed ille mutat nihil. *Weſſeling.*

Abeſt comma poſt *τȣ νομȣ* Ald. Cam. I. II. *ȣδε αλλȣ)* duo haec Arch. abſunt.

ad Cap. XL.

Poſt *τών ἱϱων* comma exſtat in Edd. ante Reiz. idem poſt *την* ante *δ' ων* in Ald. Camer. I. II. *την δ' ὡς μεγιϛην* Arch.

τη Ισι &c.) Sic Pariſ. tres, Arch. Vindob. Remig. ſed Arch. *τησι και επην* cum Aldo, qui cum Edd. *την βων*, & *εξω εἱλον*, ceteris minime neglectis. In Medic. Paſſion. Askew. *επεαν αποδειϱωσι τον βȣν κατευξαμενοι, κοιλιην μ. εκ. π. εξ ὧν εἱλον.* — Induxit haec Medic. imperio Gronovius; ego vero plurium codd. iuſſu veterem reduxi in ſedem. Quid Gronovium impulerit, adnotationes oſtendent; in quis tamen complura non magni roboris. Negat Herodoteum eſſe *βων*, quam ipſe vocem non movit VI, 67 quamque Pariſienſes ſcripti atque alii hoc non habent loco: urguet, bis ſine cauſa idem dici, repetique brevi intervallo *πϱονηϛευσαντες δε, θυȣσι.* Atqui de Aegyptiorum circumciſione, ut uno tantum utar exemplo, iteratio ſimilis c. 36. 37. Quod illi vero validiſſimum argumentum ex ratione dictionis *εξ ὧν εἱλον*, pro inſtauratis aeque firmum ſtat. Jam vide verborum cohaerentiam: ſignificat Noſter, maxi-

ximam ſe deam, & feſtum eius maximum deſcripturum: habent utrumque ſuam in poſſeſſionem reſtituta; quae ſi auferas cum Medic. ex parte ſermo truncus incedit. Adde conſpirantem tot Mſſ. conſenſum. Id ignorare me fateor, Vallam quid tandem, ut *κατευζωνται* *obdormierunt* redderet, adegerit. An *καθευδωνται* invenit? Quod ſi reperit, cautione utique fuerat opus. — Haec *Weſſelingius.* Sequentia *Gronovius* adnotavit: Locus hic eſt pars conſpicua gloriae H. Stephani, quam non modo abſtulit, ſed abſtuliſſe gaviſus fuit, & venditavit ex labore & docto, & ingenioſo, quo is Herodotum vel univerſum, vel in hoc potiſſime loco, ubi legebatur *προνηστευσωσι τησι και*, ornare anniſus eſt, & ſane ornavit: eiusque tanta dedit indicia, ut numquam poſſit exoleſcere, nedum ut ego coner exterere ullo modo aut abſtergere. Verum agitur cauſa Herodoti, unius haud dubie ad iuvanda ſtudia validiſſimi ſcriptoris, quem omni vita veneratus ſum & cummaxime ſalvum eſſe cupio. Inſpicias igitur Prolegomena oportet ipſius Stephani p. 30, quae incurrit in huius editionis p. 740, & quod decus ille attulerit, ex verbis eius diſcas Nam praeterquam quod non concoquerem iſtud *την βουν*, quum ubique Herodotus non noverit niſi *βουν*, tum cur ſcriberet mox *αυτου λειπουσι εν τω σωματι*, non aſſequebar. An *αυτου* foret adverbium loci? atqui illa *εν τω σωματι* id explent. Johannes Fronto in Diſſertatione de cultu ſanctorum tantum citat, prout ante Stephanum legebantur, & intelligit, *poſt ieiunia ei preces ſacri-*

 ficant,

ficant, nimis quidem adſtricte. Jam vero unde iſta omnia proceſſerint, difficilis ſane inveſtigatio eſt. Sed pro iis legebam in cod. Medic. *επεαν αποδειρωσι τον βȣν κατευξαμενοι κοιλιην μεν εκεινην πασαν ἐξ ὦν εἱλον*. Hic quaeritur, utrumnam ex iis videatur eſſe Herodotea manus. Et ego quidem non dubito, quin quam inepta & ſpuria ſint retro vulgata, tam vera & eximia ſint, quae nunc ex MS. produxi. Primo quidem veroſimilius eſt, mentionem Iſidis poſtea demum factam, ubi eam deſcribit, ut fieri ſolet. Deinde quod vulgata id abſurdi importent, quod bis ſine cauſa ulla dicant idem: quid enim aliud ſonant iſta ſequentia *προνηϛευσαντες δε θυȣσι*. Ita quum *θυειν* Herodotus non accipiat de aliis praeparatoriis, ſed de ſola ſacrificii ante praeparati miſſione in ignem (nam id oſtendunt ſequentia *καιομενων των ἱρων*) non poſſunt priora, in quibus itidem dicitur *θυωσι*, Herodoti eſſe. Tertium eſt haud dubie firmiſſimum argumentum ex ratione phraſeos *εξ ὦν εἱλων*. quam quum vulgata neglexerit, immutaveritque, merito pronunciamus, eam videri degeneraviſſe ab ſimplicitate ac ſinceritate genuina. Eſt enim id purum putum Herodoti, ut docent vel ſolius huius libri exempla. Sic praeter id quod modo anteiit, infra cap. 86. *παρασχισαντες εξ ὦν εἱλον την κοιλιην πασαν*. cap. 96. *εσωθεν δε τας ἁρμονιας εν ὦν επακτωσαν τη βυβλῳ*. cap. 122. *Φαρος εξυφηναντες οἱ ἱρεες κατ᾽ ὦν εδησαν ἑνος αυτων μιτρῃ τȣς οφθαλμȣς*. Ita apte & non ineleganter invertit propoſitionem ſuam Herodotus, & quum promiſiſſet, de maxima Aegyptio-

rum

rum dea, & de maximo eius feſto ſe narraturum, primo deſcribit ordinem ſacrificii, & tum de dea ipſa agit, ſermone bene congruo ac perfecto. — Haec Gronovius. Nos Weſſelingio potius adſentiri & Reizio indicavimus.

τὸν βȣν) Ald. & Edd. την βων.

εκεινην) κεινην Ald. Camer. I. II, Steph. I & ſeqq. ante Gronov.

ἐξ ὧν) εξω Ald. Camer. I II, Steph. I & ſeqq. ante Gronov. Poſt ειλον colon eſt in Ald. Camer. I. II, comma in iisdem poſt τω σωματι & ωμȣς τε.

ασαφιδων) Arch. bene. ασαφιδος vulgo cum Ald.

θυωματων) θωῦματων Arch. male. Habet Thom. Mag. in voce.

καταχεοντες) καταχεαντες Arch.

αποτυψωνται) explicat Heſych. in v. παυσωνται τȣ τυψασθαι, *ubi plangere deſierint.* Optime.

Poſt τα ante ελιποντο comma inſerit Ald. Camer. I. II.

ad Cap. XLI.

Τȣς μεν &c.) Athenag. Legat. pro Chriſt. c. 24. Paſſion. Medic. Askew. Arch. Edd. cum Ald. καθαρȣς ερσενας των βοων. Poſt μοσχȣς comma habet Ald. Camer. I. II, idem poſt θηλεας.

Ισιος) Ισιδος Athenag. qui & alia mutavit.

βȣκερων) βȣκερον Arch. Poſt γραφȣσι punctum in Ald. Camer. I. II, comma poſt θηλεας.

ὁμοιως) deſit Arch. Poſt των εινεκα com

ma habet Ald. Camer. I. II, idem poſt γυνη & μαχαιρη ante γευσεται.

γευσεται) χρησεται Arch.

Poſt βους comma omiſſum, inſertum poſt τονδε in Ald. Camer. I II.

τονδε) Medic. Arch. Askew. Paſſion. τοιονδε vulgo cum Ald.

Poſt θηλεας comma habet Ald. Camer. I. II, idem poſt ερσενας & ἑτερον, ſed abeſt poſt αμφοτερα.

ὑπερεχοντα) Potuiſſet ὑπερεχοντας, ſtructura vulgatiore. At Gronovium conſule in cap. 66 huius libr. *Weſſeling.*

εἱνεκεν) Medic. Askew. Paſſion. εἱνεκα alii cum Ald.

καλευμενης) Paſſion. Askew. Medic. Ceteri cum Ald. καλεομενης.

νησου) χωρης ora Steph. I. Poſt Δελτα colon Ald. Camer. I. II.

περιμετρος) περιμετροι Ald. Camer. I. II, in quibus & comma poſt εισι περιμετρον Paſſion. Askew.

ταυτη ων) Arch. Medic. Askew. Paſſion. ταυτη δη ων alii cum Ald. Poſt νησω comma habet Ald. Camer. I. II.

πολι) Askew. πολει vulgo cum Ald.

Αταρβηχις) Αταρβικις Steph. Byz. Jablonskii Diſſert. de Remphati p. 77.

Poſt εν δ' αυτη comma inſerit Ald. Camer. I. II, idem poſt πολιος.

πολις) Medic. Askew. Paſſion. πολιας in Ald. & reliquis.

Poſt

Poſt απαγεσι comma habent omnes ante Reiz. qui poſt οςεα id rectius poſuit.

ἵνα χωρον) ἐν χωριον Arch.

παντες) παντα malebat Gesnerus Chreſtom. gr. p. 22, approbante Larcherio nobiſque.

κτηνεα) Arch. Medic. Askew. Paſſion. κτηνεα απαντα alii cum Ald.

ad Cap. XLII.

Ὅσοι μεν δη &c.) Fortaſſe ſcribendum ὁσοις μεν δη Διος Θηβαιεος ἱδρυται ἱρον· & paulo inferius, ὁσοι δε δη τυ Μενδητος εκτηνται ἱρον· voculas δε δη ſic ſaepenumero coniungit Herodotus, qui cap. 44. ειρομην, ait, ὁκοσος χρονος ειη εξ ὁ σφι τυ ἱρον ἱδρυται. *Valkenar.*

Θηβαιεος) Ald. & Edd. Arch. Vindob. Pariſ. B. Remig. Θηβαιυ margo Steph. I, Askew. Medic. Paſſion.

μεν νυν) Paſſion. Medic. Askew. νυν alii praetereunt, cum Ald. Poſt Ισιος τε comma eſt in Ald. & edd. ante Reiz.

Οσιριος) Ald. & Edd. Arch. Pariſ. A. B. Vindob. Remig. Οσιριδος Paſſion. Medic. Askew. Poſt τον ante δη comma eſt in Ald. Camer. I. II.

ὁσοι δε) Arch. vulgo ὁσοι μεν δη cum Ald. aut ſine μεν, ut Medic. Quod recepi, in coniecturam Reiskii incidit. Reſpicit ſuperius ὁσοι μεν δη. *Weſſeling.* conf *Valken.* init. cap.

εκτηνται) κεκτηνται Arch. Poſt και τον comma poſuit Ald. Camerar. I. II, idem poſt ὑπ᾽ αυτυ.

τελος δε) Medic. Askew. Arch. ceteri cum Ald.

Ald. *δε* omittunt, male. Vid Gronov. Poſt *μηχανησαθαι* nullum habet comma Ald. Camerar. I. II, quod exſtat poſt *εκδειραντα*.

προεχεσθαι) Medic. Askew. Paſſion. ora Steph. I. *προεκθεσθαι* Ald. & Edd. Arch. Vindob. Pati hoc poſſum, ad *προεχεσθαι* Weſſeling. animadvertit, ſi tamen opera levi fieret *προεσχεσθαι*, ſequentibus melius congrueret, quae & Reiskii opinatio.

ενδυντα) *ενδυντα* Ald. Camer. I. II.

το νακος) explicatur *δερμα* in Paſſion.

επιδεξαι) Medic. Askew. Paſſion. in aliis & Ald. *επιδειξαι* contra Jonum morem. Poſt *απο τετε* comma eſt in Ald. Camer. I. II, & punctum poſt *Αιγυπτιοι*. Abeſt autem comma poſt *Αμμωνιοι*.

φωνην — νομιζοντες) Arridere poſſet *φωνῇ* ob IV, 117. *φωνῇ — νομιζεσι Σκυθικῇ*. Sed illud aeque probum. Sic. I, 142 *γλωσσαν δε ε την αυτην ετοι νενομικασι*. Alia hoc de genere Portus ſuppeditabit, quibus ex Dione Caſſio, ſi quae neceſſitas, magna foret acceſſio. In Cononis Narrat. 44 *ὁς την αιχμαλωτον γυναικα ενομισε και τον παιδα αυτης εθετο* mutatum ivit Th. Galeus, non citra iniuriam. *Weſſeling*.

δοκεειν δ' εμοι) *δοκεει δε μοι* Arch. Poſt *τενομα Αμμωνιοι* comma eſt in Ald Camer. I. II.

Αμμεν γαρ) *Αμεν* Euſtath. in Dionyſ. v. 211, ubi haec citat. quod verius videtur Weſſelingio. Namque ita Aegyptii: Plut. Iſ. & Oſir. c. 9 *ιδιον γαρ Αιγυπτιοις ονομα τε Διος ειναι Αμεν. ὁ παραγαγοντες ἡμεις Αμμωνα λεγομεν*. Hinc ex lapide inter epigrammata Muratorii Th. Inſcript.

ſcript. p. 73. Μεγας οβριμος Αμων, quamquam Αμμυ in Rich. Procokii Antiq. Inſcript. p. 30. Convenit אמון *Amun*, & המון *Hamon* Jerem. 46, 25. Ezech 30, 15. Vid. Jablonſkii Panth. Aegypt. lib. II, 2 & Aegyptiorum myſticas has fabellas docte explanatas advertes. *Weſſel.*

Poſt κριυς comma eſt in Ald. Camer. I. II, idem poſt κατακοψαντες, ſed abeſt poſt αποδειραντες.

Poſt κατα τουτο comma habet Ald. Camerar. I. II.

Ἡρακλεος) Ald. & Edd. Pariſ. A. B. Vind. Arch. Remig. Askew. Paſſion. perpetuo. Ἡρακλεες Medic. quater.

ἁπαντες) παντες Arch. Comma nullum poſt τον κριον eſt in Ald. Camer. I. II.

ad Cap. XLIII.

Poſt περι comma habet Ald. Camer. I. II. ὡς ειη) Ald. & Edd. Arch. Vindob. Remig. Pariſ. B. ὅτι Medic. Askew. Paſſion. Punctum poſt θεων in Ald. Camer. I. II, comma poſt τον ante Ἑλληνες in iisdem.

τουνομα) το ουνομα Askew. ſaepe & Paſſion.

εν δε δη) Medic. Askew. Arch. Paſſion δη omittunt: ceteri habent. Haud ſcio, an ſit εν δε δη deterius. Lucian. Aſtrol. C. 4 εν δε και ουνοματα αυτεοισι επεθεσαν· quod ſollicitatum a viris doctis nollem. Noſter III, 39 εν δε δη και Λεσβιους — ειλε. & V, 95. Adde Gronov. in I, 18. Aliter Aldus & ceteri pingunt, e quibus δη reſtituo; Medic. & hic Arch. illi ſe infeſtum praebuit, ſicuti & III, 15; placatior alibi. Ae-

ad Cap. XLIV.

Poſt στηλαι δυο colon habet Ald. Camer. I. II.

σμαραγδȣ) Medic. Askew. Paſſion. μαραγδȣ, Ald. & ceteri omnes, uti editum. Non me fugit, quid patrocinii μαραγδος ex Athenaei 3, 14 auferre queat, ſed locuples eſſe dubito. Noſter vulgatum, nullo Mſſ. diſſenſu, probavit 3, 41. Stat & pro eodem Waſſe in Thucyd. 4, 13. Latinos Zmaragdum maluiſſe cogniſſimum eſt, quo de Jan. Broukhuſius in Propert. II, 13. 43, & ab eo cumulatim citati. *Weſſeling.* In defendenda Medicea lectione more ſuo multus eſt Gronov.

μεγαθος) inſolentius videtur: hinc T. Fabri μεγαλως, a Gronovio caſtigatum: indidem Reiskii μεγα φως, non magno utique molimine. Ego in Laurentii & Porti partes eo; nam Gronoviana explicatio minime ſe probat. *Weſſel.* In quo, haec *Gronovii* ſunt verba, aſper ſcrupulus offenderat T. Fabrum in eo quod additur ab auctore λαμποντος τας νυκτας μεγαθος, quod non potuit, certe non debuit Valla interpretari *maiorem in modum.* Verum iſte ſic arbitro ſumto Petavio ſtatuit. [Quis dubitet, quin ibi legendum ſit μεγαλως? Quamvis enim vox Jonica ſit & Herodotea το μεγαθος pro communi μεγεθος, tamen vitium erit in oratione, niſi legatur μεγαλως, id eſt δεινως, σφοδρα, πανυ. Hunc errorem typographi arbitrarer, niſi Sylburgianam editionem cum Stephanica conſentientem viderem.] Sic omnes priores adorſus ille Faber negat Graeca noviſſe. Debuerat tamen

men ipſe etiam ſcrutari & ſcire, quid actum eſſet. Nam haec ipſa conſcripſit in Lexico ſuo Aemil. Portus [Interdum μεγαθος adverbialiter poni videtur pro μεγαλως, ut λαμποντος τας νυκτας μεγαθος. *Noctu valde ſplendentis.*] Et ad hanc traditionem ſubtimide notat Stephanus in Theſauro. [Sed affertur ex Herodoto μεγαθος poſitum etiam adverbialiter pro *Maiorem in modum.*] Nec ſcio, an ludibrii cauſſa; certe nihil ipſe quidquam decernit. MS. Medic. nihil mutat. Ipſe cogitavi multa, ſed forſan fruſtranea. Utique λαμποντος ſatis eſt, & toties apud auctores occurrit λαμπειν ſine adverbio aut termino fulgoris, ut hinc etiam iure poſſit abeſſe: neque enim credo, Fabrum dicere velle ὑπερ την λαμπροτητα τȣ ἡλιȣ. Itaque opinari quis poſſet, excidiſſe rem, cui ſplendorem iſtum comparat. Id ſolet dicere auctor μεγεθος ὁσον — ut I, 199 αργυριον μεγαθος εςι ὁσον ων. Huius libri c. 76 μεγαθος ὁσον κρεξ. c. 175 ὁσων τε το μεγαθος λιθων εςι, IV, 177 μεγαθος ὁσον το τȣ σχοινȣ & μεγεθος ὁσον τε παντη πηχυαιον, pro quo dicit in c. 92 μεγαθος κατα μηλον. Sed cum nuſpiam Herodotum ſuum & lectorem deſtituat caſtitas Medicei libri, cur id nunc ab eo factum imaginabimur in loco tam claro? Nihil enim deeſt, & rectiſſime ſi habent vulgata, ἡ δε, μαραγδȣ λιθȣ, λαμποντος τας νυκτας, μεγεθος, ut aurea illa columna potuerit quomodocunque fuiſſe facta; at haec altera non fuerit, niſi maragdi lapidis magnitudo, qui per noctes illic luceret. Μεγεθος ad oppoſitionem aureae, quae ex partibus fuit coagmentata; ſmaragdina conſtiterit

ex

ex uno nativo lapide, cuius tamen magnitudo celebraretur. — Nobis Faberiana magis arridet emendatio.

εη) comma hic inſerit Ald. Camer. I. II. εἰκ' Askew.

Poſt οικιζομενη comma eſt in Ald. Camerar. I. II.

αφ' ȣ) Sic edd. cum Pariſ. A. B. ap. Larcher. qui tamen απ' ȣ Ionum more refingendum cenſet, cui accedere non dubitamus.

ἰδρυθηναι) Paſſion. Medic. Askew. Arch. ἱδρυνθηναι Pariſ. A. B. Reinig. Vindob. Ald. & Edd. Poſt τριηκοσια comma habet Ald. Camerar. I. II. Vignolius Chronol. lib. 4, 1. p. 33 τριηκοσια και χιλια reſcripſit, quod in coniectura, incerta & fallace, deputandum eſſe Weſſelingius & Larcherius iudicarunt, idque iure optimo. Fieri nempe potuit, ut Noſtrum antiquitatis ſuae iactatores ſacerdotes Herculis circumſcripſerint, conf. Chronol. Herod.

ειδον) ιδον Arch.

απικομην) Medic. Paſſion. Arch. Askew. Valla. Vulgo cum Ald. απικομενος δε και ες Θασον ἑυρον. Reſpicit haec Euſtath. in Dionyſ. v. 517. *Weſſeling*. Poſt ἱδρυμενον colon poſuit Ald. Camer. I. II, & punctum poſt εκτισαν.

και πεντε) Haec copula eſt ex Paſſion. Medic. & Askew. Ceteri cum Ald. non norunt. δεκα corrigit Mauſſacus ad Harpocr p. 144 edoctus a Scaligero ad Euſeb. p. 37. Mendae patebit origo, ſi ſic voces cenſeantur olim collocatae: και ταυτα δη γενεησι ι (i. e. δεκα) προτερα εςι. Nonnumquam numerum voci γενεη ſubii-

citetiam Herod I, c. 185 γενεησι πεντε προτερον γενομενη· & IV, c. 147. *Valkenar* Et haec exercuerunt eruditorum ſtudia. Mauſſacum ſanua Gronovius repulit, chronologica difficultate nihil admodum motus: belle noverat ex Scaligero ad Euſeb. Chron. p. 37 a Thaſo & Cadmo plus quinque generationibus ad Herculem abiiſſe, neque neſciebat Berkelii ad Stephan in Θασος conatus: & pertinax tamen ſilentium. Quid fuerit olim, coniectando veſtigandum eſt. Mauſſaci δεκα γενεησι nimium videtur: addit enim in ſeriem maiorum Herculis Belum, cuius ratio hic nulla. Beli F. Aegypto aequales fuerunt Cadmus & Thaſus; ab Aegypto ad Herculum octo numerantur deſcendentes in Stephani Θασος, qui quidem, uti Aldus & priſci editi, Η δε γενεαις Ἡρακλεης και Θασος παλαιτερος, h. e. *octo vero generationibu Hercule antiquior Thaſus eſt.* Mutavit, fateor, Berkelius, poſuitque δεκα, quod ſcriptus liber I δε γενεαις praeferret: at offendit eumdem ad lapidem, ad quem Mauſſacus. Jam generationum ordo & numerus in Herculem usque cum conſtet, adſtipulor Bouherio Diſſ. Herod. c. II. p 128 οκτω γενεησι reponenti. Diſcrepant, neque nego, οκτω, & πεντε ſcriptura, quae differentia notae fortaſſe numerali; obſcurius pictae, aut erranti amonuenſi in acceptum referenda eſt. *Weſſeling.* Calculum ſuum Buherio & Weſſelingio adiecerat in verſione ſua Larcherius, ſed in chronologiae Herodoteae explicatione ſi erraſſe agnovit, & ad Aldum & editos rediit. En viri doctiſſimi rationes haud contemnendas: Animadver-

verti, inquit, Herculem non directe ad Aegyptum adſcendere, qui quidem heros ab Aegypto per Danaën, Acriſii filiam, genus duxit. Acriſius ipſe hic pronepos Aegypti fuit ratione filiae huius, quam duxerat Lynceus. Genealogia igitur iſta calculum generationum determinare non poterit, niſi, quod in Chronologiae Herodoteae cap. 9 oſtendimus, generationes quinque cum ſucceſſione una numerare velis. Quare vero nobis viſum eſt ſimilius, hiſtoriae parentem ad Cadmi reſpexiſſe genus. A Cadmo nempe ad Oedipum usque, Herculis coaevum, quinque, ut in chronologia c. 10 oſtenſum eſt, inveniuntur generationes. Docuimus namque hocce in capite, inſulam Thaſi a Thaſo anno Juliano 3164, qui in annum ante Chriſtum incidit 1550, fundatam. Docuimus porro capite 12, Herculem anno Juliano 3330, qui in annum ante Chriſtum 1384 incidit, natum eſſe. Diſtat ergo Thaſi fundatio ab Herculis nativitate annos 166, qui quinque efficiunt generationes. His igitur argumentis adductus lectionem veterum omnium Herodoti librorum tam typis quam manu deſcriptorum, quam Pariſienſes quoque codd. teſtantur, retinendam eſſe cenſemus.

Poſt *προτερα εϛι* comma habet Ald. Camerar. I. II, quod poſt *ἱϛορημενα* quoque exſtat.

τον Ηρακλεα) deſit *τον* Paſſion. Arch.

Ἑλληνων) *των Ἑλληνων* Iidem.

Poſt *ἱδρυσαμενοι* comma eſt in Ald. Camerar. I. II.

ad Cap. XLV.

τον περι) Omittit artic. Arch. comma poſt artic. inſerit Ald. Camer. I. II, quod eaedem poſt *λεγουσι* faciunt, & poſt *ες Αιγυπτον*.

επει δε αυτου προς τω) *επει δε αυτοι προς τω* Arch. Vindob.

Poſt *δοκεουσι* comma non habent edd. ante Reiz. poſt *φυσιος* comma ponit Ald. Camerar. I. II.

απειρως) *απεικως* Arch. Vindob.

χωρις ὑων) Miror equidem, hoc uno in loco tradi, fas fuiſſe Aegyptiis, *ſues* immolare; & tamen rerum Aegypti peritiſſimis viris locum de menda non fuiſſe ſuſpectum. Leniſſima mutatione corrigi poterit *ὀΐων*· ut nullas mactaſſe pecudes dicantur praeter *oves*, boves mares, vitulosque, & hos duntaxat, qui ſolemni ritu fuerint explorati, ſignoque notati. In komo tamen habitantes Thebano *οἰων απεχομενοι αιγας θυουσι*, Mendeſii contra, *αιγων απεχομενοι, οϊς θυουσι*, uti ſcribit c. 42. Sed ſues abominati vulgo ne tangebant quidem Aegyptii, c. 47 uno tantum feſto die Lunae *ὑς θυσαντες πατεονται των κρεων*· *εν αλλη δε ἡμερη ουκ αν ετι γευσαιατο*. Rem adfirmant Plutarch. de Iſ. & Oſir. §. 8 & Aelian. H. A. 10. c. 16, hic ſua probabiliter idoneo teſti debet Eudoxo, qui citatus ibidem *φησι φειδομενους τους Αιγυπτιους των ὑων μη θυειν αυτας*. Aegyptiorum ad Graeca comparans inſtituta Anaxandrides apud Athenaeum VII, p. 299 F. *ουκ εσθιεεις ὑει*, *εγω δε γ' ἡδομαι μαλιστα τουτοις*. Graecis excipiendi Cretenſes ſecundum

Aga-

Agathoclem *ὑος των κρεων ȣ δαισαιντο·* Athen. IX. p. 376 A. Qui populi praeter Aegyptios ſues averſati ſint, enumerantur Bocharto. Vid. Weſſeling. ad Diodor. T. I. p. 380. *Valkenar.* cui adſentire vix dubitamus.

και ερσενων) *και σεων* Arch. errans. Poſt *βοων* comma exſtat in edd ante Reiz. idem poſt *χηνέων* habet Ald. Camer. I. II.

εοντα) Arch. & MS. Baroccianus, teſte Weſſe. *οντα* reliqui cum Ald. male.

Poſt *ανθρωπον* nullum habet comma Ald. Camer. I. II, habent poſt *των θεών.*

ευμενεια) *ευμενεα* Arch. Vindob. Voluitne Arch. & Vindob. *ευμενεα*, uti *ευςομα*, & alia hoc de genere? Heliodori ſimilis formula Athen. IX. p. 424. *τȣτο τε και ἡμιν ευμενεια μεν ειη των ειρημενων, τα μυςικωτερα δε αρρητω σιγη τετιμησθο.* *Weſſeling.*

ad Cap. XLVI.

Poſt *αιγας* & *τραγȣς* commata habet Ald. Camer, I. II.

τε δη και) *δε δη και* Ald. Camer. I. II, & edd. Pariſ. B. Arch. Vindob. Remig. *τε δη και* Medic. Arch. Paſſion.

και οι αγαλματοποιοι) Medic. & Edd. Pariſ. B. Vindob. Arch. Remig. Paſſion. & Valla. In Medic. Askew. *και αγαλματοποιοι* abſunt.

τωγαλμα καταπερ Ἑλληνες) Medic. Askew. Paſſion. Vindob. Arch. in Ald. & ceteris *τωγαλμα* adhaeret *αιγοπροσωπον* voci.

Poſt *τραγοσκελεα* comma eſt in Ald. Came-

rar. I. II, punctum poſt λεγειν in his & edd. ante Reiz

παντας) παντες Camer. I. II.

θηλέων) Arch. uti IV, 2 & ſaepe alias: θηλεῶν edd. Vid. Euſtath. in Homer. p. 546, 42.

Poſt εκ δε τυτων comma habet Ald. Camerar. I. II, quod omittunt poſt μαλιςα.

Μενδησιω) Arch. Ceteri cum Aldo Μενδησιων.

επιδεξιν) Askew. Paſſion. επιδειξιν reliqui cum Ald.

ad Cap. XLVII.

αυτοισι ἱματιοισι) Vindob. & Arch. Vulgo cum Ald. αυτοισι τοισι ἱματιοισι. Articulum eiecit Weſſeling. Mſſ. obſecundans. Eurip. Suppl. v. 926 Θεοι ζωντ' αναρπασαντες — Αυτοις τετριπποις Sophocl. Aiac. v. 26 εφθαρμενας — ευρισκομεν — αυτοις ποιμνιων επιςαταις Noſter III, 126 αποκτεινας δε μιν, ηφανισε αυτω ἱππω. Retinetur tamen contra morem III, 45. conf. Daviſium in Max. Tyr. Diſſ. 7. p. 520. *Weſſeling.*

απ' ὼν) Medic. Askew. Paſſion. Alii cum Ald. απιων. Sed Medic. Paſſioneique egregie nitet lectio. *Weſſeling.*

επι τον) ες τον Ald. Camer. I. II, cum edd. Noſtrum e Medic. & Paſſion.

Poſt συβωτοι abeſt, poſitum poſt Αιγυπτιοι comma in Ald. Camer I. II. Non ſpernerem, ſi voculam και codd. praeberent interiectam, οἱ συβωται, και εοντες Αιγυπτιοι εγγενεες, *tametſi ſint indigenae*, ες ἱρον υδεν των εν Αιγυπτω εσερχονται μυνοι παντων. Saepius in talibus και

poni-

ponitur pro καιπερ, & apud Herod. VII. c. 46 αἱ συμφοραι — και βραχυν εοντα μακρον δοκεειν ειναι ποιευσι τον βιον. Inter ſeptem genera Aegyptiorum memorantur & συβωται Herodot. lib. 2. c 163. Suum greges quem in finem aluerint, Eudoxus tradidit apud. Aelian. de N. A. 10, 16. *Valkenar.*

εκδιδονται τε) Arch. Vindob. Medic. Remig. Askew. Paſſion ceteri cum Ald. τε negligunt. Poſt συβωται comma in Edd. ante Reiz.

τȣ αυτȣ χρονȣ, τη αυτη πανσεληνω) Emendabat ſequentia τȣς ερσενας ὑς Reiskius, nulla, uti opinor, urgente cauſa: rectius admonet, verba praeſcripta bene habere, atque innuere, Lunae & Baccho eodem tempore & plenilunio, totius anni uno eodemque, ſues immolatos fuiſſe. Adiungere potuiſſet Plutarchi & Aeliani teſtimonia, quorum poſterior de Anim. X, 16 θυȣσιν αυτη, *Lunae* ἁπαξ τȣ ετȣς ὑν· ille de Iſ & Oſir. c. 8 θυοντες ἁπαξ ὑν εν πανσεληνω και καθεθιοντες. Ea enim explanationem dubio eximunt Verum adnectitur poſt nonnulla θυσιη — των ὑων τη Σεληνη ποιεεται, nulla Bacchi habita ratione, in quis πανσεληνω oportuiſſe, de Pauw opinio eſt. Equidem etſi idem ſacrorum genus agnoſco, nihil demuto. Lunae unice meminit, ſiquidem eius honori praecipua erat illa feſtivitas: quare & Aelianus ſolam nominavit. *Weſſeling.*

πατεονται) δατεονται Goldhagenii coniectura, ſed non neceſſaria.

μεν τησι) Arch. Vind. μεν non habent.

απεςυγηκασι) αποςυγηκασι Arch.

Poſt επιςαμενω comma inſeruit Ald. Camerar. I. II, quod abeſt poſt θυση, ſed inſertum poſt εν τη ante αν τα ἱρα.

θυσωσι) Medic. Askew. Paſſion. ora Steph. I. Vulgo cum Ald. θυωσι.

ετι γευσαιατο) επιγευσαιατο Remig

βιε, ςαιτιας) Βιες τε τινας Ald. Camer. I. II, Arch. Vindob vid. H. Steph p. 741. edit. Gronov. Aldinum βιους τε τινας H. Steph. in Proleg. ſecundae edit. ſchribendnm docuit βαιας, voluit certe: at non recordatus fuit, ασθενειην *Noſtri* uſu *morbum* eſſe, ασθενειην βιε egeſtatem & victus tenuitatem, ut IV, 135. VIII, 51. Maneat proinde dictionis genus. Σταιτινας ὑς poſuit, ſicuti Plutarch. in Lucullo p. 498 A. οἱ μεν Cyziceni ηπορεν βοος μελαινης προς την θυσιαν και ςαιτινην πλασαντες τω βομω παρεςησαν. Quorum, morem eiusmodi adfirmantium, St. Berglero iudicium debeo. Porro της ὁρτης την δορπιην ex Apaturiorum feſto Jonum die huc derivavit. *Weſſeling.*

ad Cap. XLVIII.

Poſt Διονυσω abeſt comma in edd. ante Reiz.

τη δορπιη) της τη Arch της τε Vindob.

τω αποδομενω) τω αδυμενω Remig. ſcribae ſocordia.

πλην χορων) χοιρων Ald. & edd. Remig. Pariſ. B. Valla, Stroth. χαιρων Arch. Vindob. χορων Medic. Askew. Paſſion. Sicut duplicem fortaſſe ſenſum patiuntur, appoſita verba cum vicinis, & vix decernas, utrum de alio Bacchi feſto, ut intellexit Valla, an potius reliquam feſti

feſti eius unius ſolennitatem intelligat auctor, prout intelligendum ſtatuit Stephanus; ita ſane ſcio haec de porcis porcina vere & ſui nominis eſſe. Nam ſive de eodem feſto accipias, id quod eſſe opinor veriſimilius, ſatis Graeci videbant, ex narratione, quam de porci mactatione iam fecit, Aegyptios alio ipſis modo Dionyſia celebrare, ut id tam praepoſterae inculcationis velut ἐπιμέτρῳ monere nόn deberet Si de alio feſto interpreteris, utique ſi in illo etiam porci mortem ſpectari Aegyptiis ſuperſtitio imperaſſet, id nullus dubito, quin Herodotus non ita negligenter tranſiluiſſet, ut tantum obiter annotaret, convenire in aliis Dionyſiis Graecos & Aegyptios praeterquam in porco: ex qua relatione neſcias, a quibusnam horum mactari adſueſſe porcum Herodotus innuat Itaque aliud rurſus diſcrimen inter Aegyptia & Graeca Dionyſia refertur, ut poſt narratam in porci mactatione caerimoniam dicat Herodotus in reliquis convenire, niſi quod in uno etiam adhuc differant. Id quale ſit, praeclare mihi patefecit MS. Mediceus, ex quo idem alios doceo, corrigendo πλὴν χορῶν. Nempe eadem utrisque hilaritas adeſt, nebrides, clamor &c. niſi quod choros non ducant Aegyptii, quum Graeci praeſertim in Bacchi feſto eos duxerint, alludente ſatis Propertio in I Eleg. lib. 3, tum teſte Dionyſio Alexandrino, Καὶ μετὰ Ληναίων ἱερὸν χορὸν ἐστήσαντο &c. Sed cur in citando ad hanc haereo, quum tota Graecia vetus id hodieque clamet, cauſamque hanc adeo feliciter conſummaverit maximus Caſaubonus in origine ſa-

tyricae poeſeos? Ceterum tales Graecas ſolennitates annotare ſolet Herodotus. Sic de Babyloniis cap. 191 *τȢς το μεσον οικεοντας των Βαβυλωνιων, Ȣ μανθανειν ἑαλωκοτας, αλλα (τυχειν γαρ σφι εȢσαν ὁρτην) χορευειν τε τȢτον τον χρονον, και εν ευπαθειησι ειναι.* Nam dum id memorat; pariter declarat, choros illis uſitatos fuiſſe. Contra de feſto Aegyptiorum primario in Bubaſto ait c. 60 eos crotalis, tibiis, cantu, plauſu manuum, dicteriis, ſaltu, revelatione obſcoena, recreari: nil de choris. Hinc 5, 67 *τα παθεα αυτȢ τραγικοισι χοροισι εγεραιρον· τον μεν Διονυσον Ȣ τιμωντες, τον δε Αδρηςον*, ubi addit cap. 83. Hoc igitur quum ſit liquidum ſpecimen, quo priſcae fidei codex arguit eos, qui ex voce genuina *χορων* ſimul in foedatis membranis ſcripſerunt, ſimul ediderunt per typos *χοιρων*, certiſſima ab eodem aperitur via ad Aeliani emendationem confirmandam, qua in lib. 2. Var. Hiſt 11. Holſtenius ſimiliter *χορον* reſtituit pro vulgato *χοιρον*, ubi profert iſte auctor dictum Socratis ſimile illis Jambis, quos teſte Diogene Laërtio *συνεχες ανεφθεγγετο· Τα δ' αργυρωματ' εςιν ἡτε πορφυρα Εις τȢς τραγωδȢς χρησιμ', Ȣκ εις τον βιον.* Ad quae tacentibus aliis ſcribit Menagius [Cuius ſint iſti Jambi, dicat alius]. Abſurda negligentia, quum diu iam dixerit Stobaeus Serm. 222 eſſe ex Philemonis *ΒȢτημενω* p. 736 in laudatione agri & eius culturae, niſi quod illic dicit elegantius *ευθετα*, non *χρησιμα*. Sed ut dixi, obtinet Holſteniana coniectura eximiam hinc confirmationem Non tamen in ea re agi oportet temere. Nam licet ſimile ſit, quod ten-

tentavit in Herodiani libro 3. Tan. Faber, ſicut prodit in epiſtola ad patrem meum ſcripta, quae eſt in prima iſta collectione num. 76 ὡς χοίροις αὐτῷ μᾶλλον ἁρμόζειν τὸν βίον ἢ φάλαγξιν, quae deridet quidem aliam, ſed riſu Sardonio & ipſius negligentiam aperienti, iocatus rem egregie comparatam *porcos & inſtructam aciem*, quaſi non paulo poſt in parte ſecunda epiſt. 63 ſcripſiſſet, *reges & exercituum ductores aſinarii videantur*, de qua comparatione mentem quoque ſuam patefecit Voſſius ad Melae libr. 2 de Thracia in principio. Et quid in hac parte praeſtant χοῖροι prae illis, quae vocantur ὄνοι? Sed Faber graviſſime errat, ita vertens Herodianum: *Quis vero delicatum vivendi genus, quo utitur ille exercitus, non novit? Tale Hercule eſt, ut porcis magis, quam inſtructo exercitui, conveniat.* Atqui non loquitur illic de vita exercitus, ſed de vita ipſius Albini: ea talis eſt, ut conveniat bene porcis, non phalangibus. Sincerus igitur ille locus eſt, ſi quisquam — Haec *Gronovius* — Larga Gronovii diſſertatio *choros* tuetur, *porcis* depulſis: ſunt ſane in Atticorum Dionyſiis chori cognitiſſimi, unde color Med ſcripturae. Ubi tamen omnia perpendo, Aldinum & aliorum codd. πλὴν χοίρων aequius melius opinor. Porcorum in Lunae & Bacchi ſacris iterata praeceſſit mentio: additur alia Aegyptiorum Dionyſia a Graecorum Bacchanalibus vix differre eademque videri πλὴν χοίρων. Quae belle procedunt. Reliqui tamen Mediceum, ne illi infeſtior, quod nolim, habear. Paſſioneus conſenſit. — Ita *Weſſelingius*, cui in verſione

Lar-

Larcherius, itemque *Strothius* calculum ſuum adiecerunt. In Gronovianam ſententiam abiit Reiz. quem ſequuti ſumus in repetitione textus Herodotei. Nunc tamen potior nobis videtur lectio Aldina propter argumenta a Weſſelingio prolata. Degenius etiam in germanica Herodoti verſione eam probavit, expreſſitque.

Poſt εξευρημενα comma eſt in Ald. Camer. I. II, item poſt τα ante περιφορευσι.

γυναικες) Arch. Vindob. Medic. Askew. Paſſion. Vulgo cum Ald. ται γυναικες. Vide Gronov. I, 1.

νευον το αιδοιον) Pauw maluit σευον, Reiskius νευοντα το — quibus carere licet. Gronov. conſule in huius Muſae c. 66, & Plut. Iſ. & Oſir. c. 36. *Weſſeling.*

αυλες) ὁ αυλος Arch. Poſt αἱ δε comma habet Ald Camer. I. II.

ἱρος) abeſt ab Arch.

ad Cap. XLIX.

το τε ουνομα) Medic. Askew. Paſſion. Alii cum Aldo τουνομα, aut το ουνομα. Spectat haec Plut. de Malign. p. 857.

Poſt φαλλου punctum ponit Ald. Camer. I. II, comma poſt συλλαβων, poſt σοφισαι, & poſt πεμπομενον, in iisdem exſtat.

κατηγησαμενος) Medic. Askew. Paſſion. & margo Steph. I. In ceteris & Ald. απηγησαμενος. Poſt μαθοντες & ποιευσι τα commata habet Ald. Camer. I. II.

τα ποιευσιν) Ald. & Edd. Vindob. Arch. Remig. Pariſ. B. ποιευσι Medic. Askew. Paſſion.

εση-

εσηγήσασθαι) Arch. Vindob. Medic. Paſſion. Askew. Steph. I ora. Alii cum Ald. *απηγησασθαι*.

αυτων) *αυτον* Arch.

εν τοισι) *εν τοις* Ald. Camer. I, II prave.

ὁμοτροπα γαρ αν ην) *ὁμοττροπα* Arch. Vindob. tum, uti Ald. *γαρ ην*. Medic. Paſſion. & Askew. debetur editum. Deſiderant in his docti viri multa. Signum extulit de la Barre Hiſt. Acad. Inſcr. T. 6. p. 274, omnia haec ſequentibus, ut ratiocinium cohaereat, ſubnectens: coniunctionis *γαρ* mirificam ſaepe poſitionem ait eſſe; poni nonnumquam periodi principio, cuius fini accedere debeat: corrigi oportere *ὁμοτροφα γαρ αν ην*. Velle ſcriptorem, *non dicam etiam Aegyptios a Graecis ſacrorum ritus eſſe mutuatos: neque enim tum Graecis fuiſſent recentes ac noviſſime introducti, ſed una cum ipſis extitiſſent quaſi congeniti.* Sic ille. Ego vero deſidero ſtabilitam voculae *γαρ* talem conſuetudinem, nec fero commutatam verborum explanationem, nedum *ὁμοτροφα*: Recte dixeris *ὁμοτροφα ανθρωποισι θηρια* ſicuti II, 66, quae una cum hominibus aluntur & victitant, ſive *ὁμȣ τρεφομενα* apud Xenophontem: de caerimoniis credam, ubi exempli fuerit copia. Aliud ſectatus eſt Reiskius, excidiſſe ante haec ſciſcens, *ȣδε λαβεειν αυτα παρ' Αιγυπτιων Ἑλληνας· nolo quoque adſeverare, ab Aegyptiis haec ſacra Graecos accepiſſe ὁμοιοτροπα γαρ αν ην* — Quae mihi negare videntur, quod Herodotus ſaepiſſime inſinuat, Graecos ab Aegyptiis ſacrorum plures ritus ſumſiſſe; tum *ὁμοτροπα* leviter mutantur, quae ſua ſcrip-

tor

tor agnoſcit: memorant certe Athenienſes ηθεα τε ὁμοτροπα, quae cum reliquis Graecis communia & conſimilia in ſacris obſervabant VIII, 144 ſuntque ὁμοτροποι in Theophraſti Charact. c. 26, quorum iidem mores, idem vitae inſtitutum Ut paucis abſolvam; negat Herodot. caſu fortuito quadraſſe Dionyſia Aegyptiorum & Graecorum: tum enim in omnibus gemina germana, quod ſecus erat, neque noviter in Graeciam invecta eſſe debuiſſe. Itaque aliunde adveniſſe, ſed in paucis transmutata. *Weſſeling.* Puncto poſt ὁμοτροπα poſito, cum Reiskio legerem. παλαι γαρ αν ην *Stroth.*

εσαγμενα) Medic. Askew. Paſſion. εσηγμενα Pariſ. B. Remig. Steph. I & ſeqq. ante Gronov. εσηγημενα ora Steph. I, Ald. Camer. I. II, Vindob. Arch.

ȣ μην) ȣ μεν Arch.

μαλιϛα) Deſit Arch. Poſt Διονυσον comma habet Ald. Camer. I. II.

Τυριȣ) Τυρεω Arch. Vindob.

ad Cap. L.

παντα τα ȣνοματα των θεων) παντων των θεων τα ȣνοματα Arch. Vindob. Poſt θεων comma eſt in Ald. Camer. I. II.

ἥκει) ἧκε Arch. Poſt πυνθανομενος comma habet Ald. Camer. I. II.

Θεμιος) Θεμιδος Paſſion. Askew.

Νηρηιδων) Νηρειδων Askew.

των αλλων) Medic. & Askew. Paſſion ceteri cum Ald. & Edd. και των αλλων, perperam. Poſt θεων comma habet Ald. Camer. I. II, perperam.

perperam. Locus adhuc nihil minus quam ulla parte ſaltem explanatus. Nam ne de Vallae interpretatione loquar, quae palam & temere detruncata eſt; quid, oro, ſententiae aut ſaporis eſt, in illa ſive H. Steph. ſive Jungermanni? *Nam praeterquam Neptuni &c. Nereidum & aliorum deorum nomina Aegyptii ſemper olim in ſua regione habuerunt.* Quid enim illud tandem erit, quod habuerunt Aegyptii? anne nomina Ἡρης, Ἱστιης, Θεμιος? Sic videntur velle interpretes. At ea ſunt pura puta Graecorum, Aegyptiis non audita, niſi quum ſimul Graecam linguam audiverunt. Cur vero iſta magis quam Ποσειδεωνος και Διοσκουρων? quod rurſum dicunt interpretes, qui iſtas Neptuni & Dioſcurorum appellationes interponunt verbis Herodoti affirmantis Aegyptios eiurare agnitionem iſtorum vocabulorum. Profecto non poſſunt divelli, aut ſeparato ſenſu accipi iſta vocabula, quum ſint plane ſincera omnia Graeca, nihil Aegyptium. Tantum ineptiae una vocula tribus conſtans literis conciliare poteſt. Legendum ὁτι γαρ δη μη Ποσειδεωνος και Διοσκουρων — και Ἡρης, και Ἱστιης, και Θεμιος και Χαριτων και Νηρηιδων, των αλλων θεων Αιγυπτιοισι αιει κοτε τα ουνοματα εστι εν τῃ χωρῃ. Vertendumque: *Nam praeterquam Neptuni & Caſtorum — & Junonis & Veſtae & Themidis & Charitum & Nereidum* (ſc. appellationes) *reliquorum Deorum nomina Aegyptii ſemper olim habuerunt.* Quod quum res ipſa probet, tum qui ſint hi reliqui Dii, ipſo ſe explicans Herodotus refert non tantum mox cap. 59, ubi illis cognitas cultasque ſcribit, Αρτεμιν, Δημητρα, Αθηναιην,

Ἡλιον,

Ηλιον, Λητω, Αρεα, ſed etiam cap. 83, ubi ait in Aegypto eſſe μαντηία Ηρακλεος, Απολλωνος, Αθηναιης, Αρτεμιδος, Αρεος, Διος, Λητες. Quae quum ignoretur, quando ſint condita, colligendum eſt ab vetere origine illic fuiſſe Sed & ſequentia male diſtinguuntur, male intelliguntur, quum ſint ea ſic accipienda: των δε ε Φασι θεων γινωσκειν τα ενοματα, ετοι δε μοι δοκεεσι υπο &c. *Quorum vero deorum negant ſe noſcere nomina, illi mihi videntur ſic a Pelaſgis nominati, praeter Neptunum.* Debes hanc veriſſimam de prima Deorum memoria reſtitutionem optimae membranae Mediceae. *Gronov.* Sic iuncta procedere debent. Gronovius copulam, his olim praefixam, iuſtiſſime induxit: turbabat ſcriptoris ſententiam. *Weſſeling.*

εςι) εισι Arch. Poſt δη τα comma habet Ald. Camer. I. II, idem poſt Αιγυπτιοι.

των δε) Sic, diſtracta voce, ſcripſit Weſſelingius, quod & Reiskio libuit. Poſt ενοματα comma eſt apud Ald. Camer. I. II.

εδαμαι) Askew. Medic. Paſſion. In Ald. & aliis εδαμη.

εκτηνται) κεκτηνται Arch. Paſſion. Ask.

τετον αει) τουτον ειναι Askew.

εδ' ηρωσι) ε δη δρωσιν Arch. Vindob. Valla.

ad Cap. LI.

Comma poſt μεν νυν omiſit, poſuitque poſt τετοισι & poſt τα Ald. Camer. I. II.

ποιευντες) ποιευνται Arch. Vindob.

εκ απ') εκ υπ' Ald. Camer. I. II.

Poſt

Poſt παραλαβοντες colon poſuit Ald. Camer. I. II, comma poſt δε τουτων.

γαρ ηδη) ex Medic. & Askew. Paſſion. γαρ δη Ald. & Edd. In Arch. & Vindob. δη deſideratur. Cur ηδη τηνικαυτα acrius multo, quam δη τηνικαυτα ſit, cauſa nulla eſt, niſi ex deliciis Medic. Auctor ipſemet Aldinum modo, modo illud maluit, ſicuti alii. Inſpice I, 63. VI, 53. Sophocl. Oed. Colon v. 436. Procop. B. Vand. II, 4. *Weſſeling.* ω᾽λλοι plerique hic omnes.

Poſt τελευτι comma habet Ald. Camer. I. II, in iisdem comma poſt τα ante Σαμοθρηικες.

παραλαβοντες) Medic. Askew. Arch. Paſſion. Vulgo cum Ald. λαβοντες.

το λεγω) τα λεγω Ald. Camer. I. II, Steph. I & ſeqq. ante Gronov.

τοι περ) τοι, περ Ald. Camer. I. II, & Edd. Remig. Vindob. οἵπερ Medic. Askew. Arch. Paſſion. neglecto Jonismo. Poſt εγενοντο colon poſuit Ald. Camer. I II.

παρα Πελασγων) μαθοντες παρα Πελασγων Paſſion. Arch. Askew. Vindob. Poſt οἱ δε Πελασγοι comma in Ald. Camer. I. II.

τα εν τοισι εν) poſterius εν omittit Ald. Camer. I. II, Vindob. Arch.

ad Cap. LII.

δε παντα) Omittunt Paſſion. Arch. Askew. Vindob. & Medic. και quod vulgo cum Ald. ante δε.

ακηκοεσαν κω) ακηκοασιν αν κοδεν, ὡς δε Arch. Vindob. Valla.

κοσμω θεντες) κοσμοθεντες Arch. Vindob. tu vid. Euſtath. Il. A. p. 19. 2. *Weſſeling*. Poſt πρηγματα comma habet Ald. Camer. I II.

ἔπειτεν δὲ) cum Reiz. edidimus. επειτα δε Ald. & alii, cum Pariſ. A. apud Larcher. qui vel hanc retinendam vel ἔπειτεν δε Jonum more refingendam cenſet. Lege notas Gronov. I, 19 επει τε δε Paſſion. Medic. Askew. Gronov. Weſſeling.

διεξελθοντος) ex Medic. & Paſſion. διελθοντος plures cum Aldo.

απικομενα) απηγμενα Ald. & Edd. Arch. Vindob. Remig. male in ora Steph. I. απιγμενα non male, uti c. 58, & απικομενα, quod in Paſſion. Medic.

νενομισαι) Paſſion. Medic. Askew. Arch. νενομισο Ald. & alii. Poſt οἱ Πελασγοι nullum comma ante Reiz.

ει ανελωνται) Vereor, ut ſe tueri queat: ad normam uſitatam corrigi facile poterit; ει ανελοιντο, ſive ει ανελοιατο τα ουνοματα τα απο των βαρβαρων ἡκοντα, *num in uſum reciperent* ſciſcitantibus, reſponſum fuit χρεεσθαι. L. 8. c. 49 ει νικηθεωσι, quod adoptavit Gronovius, ferri nequit. *Valkenar.*

τα απο) τα deſit Arch.

εξεδεξαντο) Remig. Askew. ora Steph. I, Medic. εδεξαντο ceteri cum Aldo.

ad Cap. LIII.

Ενθεν δε) ὅθεν δε Ald. & edd. Vindob. Remig. quod non damnat Weſſeling. ενθεν Medic. Paſſion. Askew.

εγενε-

εγενετο). *εγενοντο* Askew. cum Arch.

ειτε δ' αει) Medic. Askew. Paſſion. Alii & Ald. ſpernunt *δε*.

πρωην τε και χθες) Ald. & Edd. Arch. Remig. Vindob. Pariſ. B. C. Athenagoras Apolog c. 14, qui haec citat, ſicuti Cyrillus in Julian. III. p. 76 *πριν τε* Medic. Paſſion. Genus loquendi eruditis Graecis uſitatiſſimum, & quod jam Caſaubonus ad Strabonem attendens ex Graecis & Hebraeis illuſtrare conatur pag. 3. lib. I. Sed ubi obſervat, modo ſic, modo *το νυνγε καχθες*, modo *χθες και σημερον* prolatum fuiſſe. Idque obiter denuo tangit ad dictos ab Perſio Sat. 3 *heſternos Quirites*. Certe non aliud eſt, quod exiit ex ore Servatoris apud Lucam 13, 32 *ιασεις επιτελω σημερον και αυριον*. Et Paulus ad Hebr. 13, 8 *χθες και σημερον*. Habent & multi, ut Fagius ad Geneſin 31, 2. Grotius ad Exod. 4, 10. Interim id ipſum, quod in Herodoto legendum hoc loco dederunt, exſtat apud Diodor. Sic. lib. 2. c. 5, & Plutarch in Amatoria, ubi ſine copula editur *χθες πρωην*, ſed Rhodomannus in Indice appoſuit, item apud Lucianum in Hermotimo & in Saltatione Sic nempe Herodoto cum his convenit. Sed noli credere, ab ipſo Herodoto etiam id proveniſſe. Ille enim ſcripſit *μεχρι ȣ πριντε και χθες*. Sic habet membrana emendatiſſima, ut nulla ſit in eo dubitandi cauſa. Licuit enim & ſequentibus eligere iſtam formulam, & perinde Herodoto licuit aliter loqui, ut Graecae vetuſtatis amans ſuſpicere debeat hoc *πριν*, tamquam quod deerat notitiae ſermonis Graeci, quum He-

rodotus dicat πριν και χθες· ſicut notante Stephano, pro iſto vocabulo πρωην dixit τριτην ἡμεραν Xenophon. Sicut Herod. voce πριν complecteretur & illam & vicinas. Haec *Gronovius*. — Recte dederat Valla: *ignoratum eſt niſi nuper atque heri, ut ſic dicam.* Quod his ſubſtitutum fuit, *ut vere dicam*, congruit Thucydideo ες το ακριβες ειπειν, VI, 12, ubi contra res minus accurate videtur finienda, formulam adhibet Thucyd. ὡς ειπειν· idem eſt Herodoteum ὡς ειπειν λογω, Luciani Timon §. 8 ὁτωσι μεν ειπειν, quodque multo frequentius occurrit, ὡς επος ειπειν, *ut ita dicam.* Hoc quum in Ep. ad Hebr. VII, 9 legeretur, exemplorum congeſſerunt affatim. Utramque Herodoti formulam iunxit Plato de Legg. 3. p. 677 D. ὡς επος ειπειν χθες και πρωην γεγονοτα· nuspiam in iſta paene proverbiali formula, de qua Gataker egit ad M. Antonin. X, 7, reperitur πριν; quod hic perperam a Gronovio poſitum Weſſeling. iam monuerat ad Diodor. T. I. p. 118. *Valkenar.* — Magni facio Medic. & illi conſentaneos, *Weſſelingius* addit, ſed intra modum. Exemplum ſimilis loquutionis, etſi Gronovii ſollers fuerit opera, nusquam ſe obtulit. Contra receptiſſimum & proverbii inſtar πρωην τε και χθες, quod Athenagoras hic reperit ex tot Mſſ. ratum habent. Dedi ex Demoſthene & Diodoro ad eum ſcriptorum II, 5 quaedam; quibus adcumulo Joſephi adv. Apion. I, 2 παρα τοις Ελλησι ἁπαντα νεα, και χθες και πρωην, ὡς αν ειποι τις, ευρησεις γεγονοτα, tum II, 2 de Pythagora ουκ εχθες και πρωην γεγονοτος. & c. 15 ὡς εχθες δε και

και πρωην Porro Libanium T. 2. p. 124 C. & ea abunde ſunt

τετρακοσιοισι) Conſtant hic numeri codd. omnium conſpirantium, nec viderunt diverſos hoc loco Athenagoras & Cyrillus. *Weſſeling.*

προτερον ποιηται) προτεροι Vindob. Ald. Camer. I. II, & ora Steph. I.

Poſt υςερον & δοκεειν nulla commata ſunt Ald. Camer. I II.

εμοι γε δοκεειν) Medic. Askew. γε omittit Ald. Camer. I. II, Steph. I & ſeqq. ante Gronov. δοκεει Arch.

Poſt πρωτα comma habet Ald. Cam. I. II.

υςερα) Medic. Paſſion. Ceteri cum Ald. υςερον.

ad Cap. LIV.

τε τε εν) Askew. Arch. Paſſion. Medic. quoque ſed ſine εν. Vulgo cum Aldo των τε εν. In praepoſitionis abſentia ſingularis eſt Mediceus. Supra c. 51 cum Aldo pauci τα εν τοισι Σαμοθρηκη μυςηριοισι. Non neſcio praepoſitionis, ubi eam conſuetudo requirebat, neglectum. Quo ex more Σπαρτη ξυνοικει τω πατρος ξυνευνετη Eurip. Iphig. Taur. v. 524 & v. 538. αλλως λεκτρ' εγημεν Αυλιδι, quod utique εγημ' εν Αυλιδι commodum fuerat. Sophocl. Trachin. v. 176 ὡς — αυδησαι ποτε Δωδωνι. Plato Meaux. p. 245 τα τροπαια τα τε Μαραθωνι και Σαλαμινι ται Πλαταιαις. Sunt ad manum conſimilia, quae ſicuti conſenſus conſpirat MſS. auxilio eſſe poterunt. Sed & ſaepe eliſa videtur ſcribarum inconſiderantia. Sit Philoſtr.

exemplo Heroic. Il. p. 694, quum de Ulyſſe διαφυγωντα δε αυτον τα εκει παθη, απωλεσεν αυτη Ιθακη υϛερον. dederat εν αυτη Ιθακη, neque enim Neptunus Ulyſſem una cum inſula Ithaca, quae Graecorum eorum ſententia, ſuſtulit; devoravit εν praecedentis terminatio. Hoc Herodoti loco vincunt ſchedae, citra quarum adſtipulationem, re poſtulante, Θηβεων recepi. *Weſſeling*

